

00

Pl. 229/4

Script. Rom. in octavo.

N. 114

II. 2. b. 49

P. OVIDII
N A S O N I S
DE TRISTIBUS
LIB. V.

EX POSTREMA JACOBI
Micylli recognitione.

Et recensione nova GREGORII BERS-
MANI, cum ejusdem aliorumque vi-
rorum doctissimorum
notationibus.



CUM PRIVILEGIO CÆSAREO.

LIPSIÆ,

TYPIS GROSIANIS.

Anno M. DC. XIX.

EXPOSITIO
DE TRISTIBUS
LIB. V.
JACOBI



LIBRARIA
M. DE XIX



ARGUMENTUM LIBRO-
RUM V. DE TRISTIBUS.

ARgumentum horum librorum indica-
tur inscriptione seu titulo DE TRISTIBUS
quem doctiss. Jul. Cas. Scaliger ut minus appositum
notavit: propterea quod Ovidius, in hoc opere, quod
ἄλυσιστον est, non definiat tristia, non apponat affectus
à definitione, sed agat ipsa tristia. Cujusmodi sanè nar-
rationi, rem ipsam repræsentanti potius quàm expo-
nenti, rectius convenire putat inscriptionem per ca-
sum rectum: ut est Andria, Eunuchus Terentii: Am-
phitruo, Cistellaria Plauti: quorum *ὑπερβασιλεῶν* actio-
nes spectatoribus ipsis contemplandæ proponuntur:
item huic Nasonis argumento non absimiles *Ἰερωνίμω*
Simonidis, & aliorum Lacrymæ. Sed si verum est,
quod aliqui annotarunt, librariorum incuria muta-
tam esse ipsam poëtæ *ἰερωνίμω*, quæ fuerit Pub.
Ovidii Nasonis Tristia, non de Tristibus, id quod &
librorum antiquorum, & Grammaticorum quo-
rundam testimonio, planum illi facere conantur:
non est quod Nasonem aliquis infimulet minus ad
institutum accommodatæ inscriptionis, præsertim
cujus ipse auctor non fuerit. Atque manifestum est,
quanta fuerit in hanc partem librariorum & Gram-
maticorum licentiæ audacia, qui non rarò absurdos
admodum, & ab argumento sive re ad tractandum
proposita prorsus alienos, poëtarum carminib. præ-
fixerunt indices. Non est autem ratio inscriptionis
hujus obscura attendenti ad ipsas elegias, quarum
pleræque omnes refertæ sunt querelis poëtæ de in-
commodis exilliusui, ac præsentis fortunæ calamitate
& miseria: scriptæ illæ quidem intra exilii septennis
annos priores tres, magnâ cum ingenii felicitate, tum
verborum & sententiarum ubertate atque copiâ, licet
dili-

diligentiæ cura & industriæ studio non æquè elaborata. Porro Elegiæ ἔτυμον quin sit παρὰ το ἔλεγεῖν, non est quod ambigatur. Ac frequens est in tragicis lamentationibus usurpatio interjectionum ἔε & αἰ αἰ: & est Elegia ipsa carmen, quo lamentatio continetur: undè etiam Horatius miserabiles appellavit elegos: & Didymus elegiam definivit *Ἐλεῖον ἀδαυμον πρὸς αὐλον*, hoc est lamentationem, quæ ad tibiam decantaretur. Eratque tibia instrumentum lugubre: ideoque & *Ἐλεῖον αὐλον*. Pollux nominavit: & adhibebatur in funeribus, in quibus nenia ad tibiam cantari solebat à muliere præfica. Etsi autem Elegiæ nomenclatione initio pentametros duntaxat indicarunt: tamen postea nomen hoc etiam tribuerunt metro, quod alternis versibus constat longiusculis, id est, hexametris & pentametris. Atq; usus ejus à conquestionibus & lamentationibus funebribus, quibus antea inservierat, ad amores quoq; canendos translatus fuit: neque absque idonea ratione: siquidem in his quoq; frequens conquestio, & verissimæ mortis imago est vita ista, quæ amentissimo ingratisimòq; sexui mancipatur ab amentibus verius quàm amantibus. Sed ex rebus lætioribus canendis usurparunt hoc metrum: & aliquibus id epistolarum munere functum est, & aliorum quoq; argumentorum tractationi ministravit: id quod & Horatius (qui se iuventorem illius ignorare proficetur, cum alij tradiderint Theoclea quendam sive Naxius ille, sive Eretrienfis fuerit) indicavit his verbis:

Versibus impariter junctis querimonia primum,

Post etiam inclusa est voti sententia campos.

& Poëta noster, præter complura alia, quæ genere carminis elegiaco celebravit, etiam Fastorum opus illo comprehendit.

AN.

ANGELI POLITIANI ELE-
GIA DE EXSULIO ET MORTE
OVIDII.

ET jacet Euxinis vates Romanus in oris:
Romanum vatem barbara terra tegit.
Terra tegit vatem, teneros qui lusit amores,
Barbara: quam gelidis alluit Ister aquis.
Nec te Roma pudet: quæ tanto immitis alumno
Pectora habes ipsis barbariora Getis?
Ecquis idè Musa Scythicis in finibus agro
Tedia qui morbi demeret, ullus erat?
Ecquis frigidulos qui lecto imponeret artus,
Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret salientis tempora venæ,
Aut fomenta usanu qui properata daret?
Conderet aut oculos media jam morte natantes:
Aut legeret summam qui pius ore animam?
Nullus erat: nullus, veteres tu dura sodales
Heu procul à Ponto Martia Roma tenes.
Nullus erat, procul ab conjux, parviq; nepotes:
Nec fuerat profugum nata sequuta patrem.
Scilicet immanes Bessi, flaviq; Coralli,
Aut vos pelliti saxea corda Getæ:
Scilicet horribili dederit solamina vultu
Sarmata ab epoto saepe vehendus equo:
Sarmata, cui rigidam demisso in lumina frontem
Mota pruinosâ tempora crine sonant,
Sed tamen & Bessi extinctum, & flevère Coralli,
Sarmataq;: & durus contulit ora Getes.

Extinctum & montes flebant, & silva, feneq;
Et flesse in mediis dicitur Ister aquis.

Quin etiam pigro concretum frigore Pontum
Nereidum lacrymis intepuisse ferunt.

Accurrere leves Paphia cum matre volucres;
Arsuroq; faces supposuere rogo.

Quem simul absumpsit rapida violentia flamma,
Reliquias tecto composuere cado.

Impositumq; brevi signarunt carmine saxum;
Qui jacet hic, teneri doctor amoris erat.

Ipsa locum late sancto Cythera liquore
Irrorat nivea terq; quaterq; manu.

Vos quoq; Pierides vati libastis adempto
Carmina, sed nostro non referenda sono.

DE EODEM CARMEN JULII
Cæsaris Scaligeri. Loquitur ipse Ovi-
dius ad Augustum.

A Me utinã inciperes ferus esse, cruenta: ne atra
Per cedes faceres ad mea fata gradum,
Si mea te movit tetricum lasciva Juventus,
Te juvenem damnas perditus: exsul abi.
Impia flagitiis squalent penetralia diris:
Damnati superant nomina foeda Rei.
Non te divinum ingenium, non candida tangunt
Pectora, non Clario lingua secunda deo.
Lactea mollivit veteres mea vena poëtas:
Et rerum docuit pondera certa novos.
Cum te laudarem, tunc sum mentitus: ob unum hoc
Exsullii fuerat debita pœna mihi.

P. OVI.

❧ 5 ❧

P. OVIDII NASO-
NIS TRISTIUM.

Liber primus.

ELEGIA I.

Alloquitur librum, ut Romam vadat, &
quid ei faciendum sit, admonet.

R Arve (nec invideo) sine me liber ibis in
urbem:
Hei mihi, quod domino non licet ire
tuo.

Figura qua-
dam

ἦς ἄρσων-
ποποίας
personam
libro suo ac-
comodat.
Vide Quin-
til. lib. 9.
cap. 2.

Vade, sed incultus: qualem decet exulis esse:

Infelix habitum temporis hujus habe.

Nec te purpureo velent vaccinia succo:

Non est conveniens luctibus ille color.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur:

^a Candida nec nigra cornua fronte geras.

Nec fragili geminae poliantur pumice frontes,

Hirsutus sparsis ut videare comis.

Felices ornent ^b haec instrumenta libellos:

Fortuna memorem te decet esse meae.

Néve liturarum pudeat: qui viderit illas:

De lacrymis factas sentiat esse meis.

Vade liber: verbisq; meis loca grata saluta:

Contingam certè quo licet illa pede.

Si quis, ut in populo nostri non immemor illo,

Si quis, qui, quod agam, fortè requiret, erit:

^a Tibull.
libr. 3. Atq;
inter gemi-
nas pingan-
tur cornua
frontes.
^b Hujusmo-
di comtus
seu appara-
tus.

a 4

Vivere

a Incolu-
mem.
Vivere me dices, ^a saluum tamen esse negabis:
Id quoq; quod vivam, munus habere Dei.
Atq; ita tu tacitus, querenti plura legendum,
Ne quæ non opus est, fortè loquare, cave.
Protinus admonitus repetet mea crimina lector:
Et peragar populi publicus ore reus.
Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis:
Causa patrociniò non bona major erit.
Invenies aliquem, qui me suspiret ademptum,
Carmina nec siccis perlegat ista genis.
Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,
Sit mea lenito Casare pœna levis.
Nos quoq; quisquis erit, ne sit miser ipse, precamur,
Placatos miseris qui volet esse Deos.
b Quæ eve-
nire cupie-
bant, ea ut
rata essent,
optabant.
Quæq; volet, ^b rata sint: ablataq; principis ira,
Sedabus in patriis det mihi posse mori.
Ut peragas mandata liber, culpabere forsan:
^c Ingenijq; minor laude ferere mei.
d *Judicis officium est, ut res, ita tempora rerum*
Quæxere: quæsito tempore tutus eris.
Carmina proveniunt animo deducta ^e sereno:
Nubila sunt subitis tempera nostra malis.
e Alacri, non
obducto cu-
rarum nu-
be. Metaph.
Cice. Poëma
animum va-
cuum ab o-
mni cura
desiderat.
f Fac me Ho-
mero parè.
Carmina secessum scribentis, & ocia quærunt:
Me mare, me venti, me fera jactat hyems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensens.
Hæsurum jugulo jam puto, jamq; meo.
Hæc quoq; quæ facio, judex mirabitur æquus:
Scriptaq; cum venia qualiacunq; leget.
f *Da mihi Mæoniden, & tot circumspecte casus:*
Ingenium tantis excidet omne malis.

Deniq;

Deniq³ ^a securus fame liber ire memento :

Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.

Non ita se nobis præbet fortuna secundam :

Ut tibi sit ratio laudis habenda tuæ.

Donec eram sospes, tituli tangebam amore :

Querendiq³ mihi nominis ardor erat.

Carmina nunc si non, ^b studiumq³ quod obsuit, odi,

Sit satis: ingenio sic fuga parata meo.

Itamen: & pro me tu, cui licet, aspice Romam :

Dij facerent, possem nunc meus esse liber !

Nec te, quod venias magnam peregrinus in urbem,

Ignotum populo posse venire puta.

Ut titulo careas, ipso noscere colore :

Dissimulare velis, te liquet esse meum.

Clam tamen intrato: nec te mea carmina ledant:

Non sunt, ut quondam plena favoris erant.

Si quis erit, qui te, quod sis meus, esse legendum

Non putet: è gremio rejiciatq³ suo :

Inspice, dic, titulum: non sum præceptor amoris :

Quas meruit poenas, jam dedit illud opus.

Forsitan expectes, an in alta palatia missum,

Scandere te jubeam, Cesareamq³ domum.

Ignoscant augusta mihi loca, diiq³ locorum :

^c Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.

Sunt equidem memini mitissima sedibus illis

Numina: sed timeo, qui nocere, deos.

Terretur minimo penne stridore columbæ

Unguibus accipiter saucia facta tuis.

Nec procul à stabulis audet discedere, si qua

Excussa est avidi dentibus igna lupi.

^a Non avidus gloriae.

^b Poëticæ studiū, quod mihi exilium attulit.

^c Idem: Scævum prælustri fulmen ab arce venit.

Proverbiales versus de cautione malis demū acceptis comparata.

Vitaret

Vitaret caelum Phaëthon, si viveret: & quos
Optarat stultè, tangere nollet equos.

^a Fulmina:
Augusti irā
auctoris.

^b Virgil. xi.
--- & Euboi-
ca cautes,
ultorque
Caphareus.

Me quoq; quæ sensi, fateor ^a Jovis arma timere:

Me reor infesto, cum tonat, igne peti.

Quicumq; Argolica de classe ^b Capharea fugit:

Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.

Et mea cymba semel vasta percussa procella,

Illum, quo lesa est, horret adire locum.

Ergo cave liber, & rimida circumspecte mente,

Et satis à media sit tibi plebe legi.

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis

Icarus, ^c Icarias nomine fecit aquas.

^c Vide hanc
fabul. lib. 8.
Metamorp.
& lib. 2, de
Arce.

Difficile est tamen, hinc remu utaris & aura,

Dicere consilium resq; locusq; dabunt,

Si poteris vacuo tradi: si cuncta videbis.

Mitia: si vires fregerit ira suas:

Si quis erit, qui te dubitantem, & adire timentem

Tradat, & antè tamen pauca locutus, adi.

^d Achillis
more, qui
Telephum à
se hasta per-
cussum, ea-
dem sana-
vit. Unde est
illud r. de
remed. am
Vulnus A-
chill. quæ
&c.

Luce bona, dominoq; tuo felicior ipso,

Pervenias illuc, & mala nostra leves.

Namq; ea, vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,

Solus ^d Achilleo tollere more potest.

Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto.

Nam spes est animi nostra timore minor.

Quæq; quiescebat, ne mota reseruiat ira:

Et pœne tu sis altera causa cave,

^e Arculas.
Horat. ne
mæ Crispini
serima Lippi
compilasse
putes.

Cum tamen in nostrum fueris penetrare receptus,

Contigerisq; tuam ^e serinia parva domum:

Aspicias illic positos ox ordine fratres,

Quos studium cunctos evigilavit idem.

Cetera

LIBER I.

9

^a Cetera turba palam titulos ostendit apertos,
 Et sua detecta nomina fronte gerit.
 Tres procul obscura latitantes parte videbis,
 Hi quoq³, quod nemo nescit, amare docent.
 Hos tu vel fugias: vel, si fatis oris habebis,
^b Oedipodas facio Telegonosq³ voces.
 Deq³ tribus moneo, si qua est tibi cura parentis,
 Ne quenquam, quanvis ipse docebit, ames.
^c Sunt quoq³ mutatae tex quinq³ volumina forma,
 Nuper ab exequiis carmina raptā meis:
 His mando dicas, inter mutata referrī.
 Fortune vultum corpora posse mea,
 Namq³ ea dissimilis subito est effecta priori:
 Flendaq³ nunc, aliquo tempore lata fuit.
 Plura quidem mandare tibi, si queris, habebam,
 Sed vereor tardae causa fuisse morae.
 Et si, quae ^d subeunt, tecum liber omnia ferres,
 Sarcina laturo magna futurus eras.
 Longa via est: propera: nobis habitabitur orbis
 Ultimus, à terra verra remota mea.

^a Reliqua librorum copia, quos modo fratres dixit.

^b Paricidas, quales fuerunt Oedipus & Telegonus: ille Laii, hic Ulyssis, uterque parentis, sed per ignorantiam, interfectores, *αὐχνοῖς*, ^cMetamorph. lib. xv.

^d In mentem veniunt tibi in mandatis danda.

ELEGIA II.

Supplicatio ad Deos, ut ab imminente naufragio eum incolumem servent.

Dli maris & coeli, (quid enim nisi vota super-
 Solvere ^e quassatae parcite mēbra ratis. (sūt?)
 Neve, precor, magni subscribite Caesaris ira:
 Sape premente Deo fert Deus alter opem.

Mulciber

^e Tempestate concussa. Virgil. 4. Quassataq³ rates.

Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo :

Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Oderat Æneam^a propior Saturnia Turno :

Ille tamen Veneris numine tutus erat.

Sape ferox cantum petiit Neptunus Ulysssem :

Eripuit^b patruo saepe Minerva suo.

Et nobis aliquod (quanvis^c distamus ab illis)

Quis vetat irato numen adesse Deo ?

Verba miser frustra non proficientia perdo :

Ipsa graves spargunt ora loquentis aquæ.

Terribilisq² Notus jactat mea dicta : precesq²

Ad quos mittuntur non sinit ire deos.

Ergo idem venti, ne causa ledar in una,

Velaq² nescio quò vota q² nostra ferunt.

Me miserum, quanti^d montesvolvuntur aquarumⁿ

Jam jam tacturos sidera summa putes.

Quanta^e diductio subsidunt aequore valles &

Jam jam tacturas Tartara nigra putes.

Quocunq³ aspicio, nihil est nisi pontus & ather :

Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

Inter utrunq³ fremunt immani murmure venti :

Nescit cui domino pareat unda maris.

Nam modò & purpureo vires capit Eurus ab ortu :

Nunc Zephyrus sero vespere missus adest :

Nunc gelidus^h sicca Boreas bacchatur ab Arcto :

Nunc Notus adversa prælia fronte gerit.

Rektor in incerto est : nec, quid fugiat ùe petat ùe,

Invenit ambiguis ars stupet ipsa malis.

Scilicet accidimus : nec spes est ulla salutis :

Dumq² loquor, vultus obruit unda meos.

Opprime

^a Equior.
^b Neptuno
 Jovis fratri,
 cujus filia
 fuit Miner-
 va.
^c Minimè
 cum illis
 conferendus
 sum. Enal-
 lag. numeri.
^d Moles a-
 quarum in-
 star montiũ:
 ὑπερβολή.
 Virg. insequi-
 tur cumulo
 præruptus
 aquæ mons.
^e Unda de-
 hiscente.
 Idem : his
 unda de-
 hiscens Ter-
 ram inter
 fluctus ape-
 rit.
^f Virg. v. cœ-
 lum undiq;
 & undiq;
 pontus.
^g Propter
 auroram
 purpuream.
^h Æquoris
 experte.
 Virg. Arctos
 Oceani me-
 tentes æ-
 quore tingi.

Opprimet hanc ^a animā fluctus: frustra^q precanti

Ore necaturas accipiemus aquas.

At pia nil aliud quam me dolet exule conjux;

Hoc unum nostri scit^q gemit^q mali.

Nescit in immenso jactari corpora ponto:

Nescit agi ventis: nescit adesse necem.

O bene, quod non sum mecum consciendere passus:

Ne mihi mors misero ^b bis patienda foret.

At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,

Dimidia certè parte superstes ero.

Hei mihi, quàm celeri micuerunt nubila flamma!

Quantus ab ætherio personat axe fragor!

Nec levius laterum tabulæ feriuntur ab undis,

Quam grave balistæ mœnia pulsat onus.

^c Qui venit, hic fluctus, fluctus supereminet omnes:

Posterior nono est, undecimo^q prior.

Non letum timeo, genus est miserabile leti:

Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Est aliquid, ^d fatog^q suo forrog^q cadentem

Insolita moriens ponere corpus humo:

Et ^e mandare suis aliqua, & sperare sepulcrum:

Et non æquoreis piscibus esse cibum.

Fingite me dignum tali nece: non ego solus

Hic vehor: immeritos cur mea pœna trahit?

Pro superi, virides^q Dei, quibus æquora curæ:

Utraq^q iam vestras sistite turba minas:

Quamq^q dedit vitam mitissima Cæsaris ira,

Hanc finite infelix in loca missa feram.

lib. 3. eleg. 3. Nec mandata dabo.

^a Homerus enim mortem in aquis, ipsius animæ interitum, existimavit. Vide Synes. 3. epist. de tempest.

^b Uxore scilicet, quæ est altera ego, mecum faciente naufragium.

^c Fluctum intelligit decumanū: qui fieri max. dicitur. Unde xi. Met. Vastius insurgens decimæ fuit impetus undæ. Fest. Vide & Boet. lit. 76. Miscell.

^d In rebus humanis aut fatum, aut natura. aug. casus. Seru.

^e Mandata intelligit ultimæ voluntatis. Ita

^a Quam quæ mortem mereatur.
^b Mortis meæ potestas, quæ pene Caesar est, non conciliabit illi invidiam.
^c Vitam, cujus mihi Cæs. copiam fecit, cum auferre eam potuisset.
^d Correctio καλακωδία qua absentatur Cæsari.
^e Virgil. Pöll. -- nec nauticâ pinus Mutabit merces.
^f Alexandria Ægypti urbem.
^g Sarmatia Periph. poetic.
^h Dictæ exilio meo à Cæsare.
ⁱ Satis supplicii erit, si in Sarmatia moriar, licet naufragio ereptus.
^k ἀποστοφὴ ad ventos.

Si quoniam merui pœnam, me perdere vultis :
 Culpa mea est ipso iudice ^a morte minor.
 Mittere me Stygias si jam veluisset ad undas
 Caesar, in hoc vestra non eguisset ope.
 Est illi nostri non invidiosa ^b cruoris
 Copia: ^c quodq; dedit, cum volet, ipse feret.
 Vos modo, quos certe nullo, puto, crimine læsi,
 Contenti nostris jam, precor, este malis.
^d Nec tamen, ut cuncti miserum servare velitis,
 Quod periit, salvum jam caput esse potest.
 Ut mare subsidat, ventisq; ferentibus utar :
 Ut mihi parcatis: non minus exul ero.
 Non ego divitias avidus sine fine parandi
 Latum ^e mutandis mercibus æquor aro :
 Nec peto, quas quondam peti studiosus, Athenas :
 Oppida non Asia, non mihi visa prius :
 Non ut ^f Alexandri claram delatus in urbem,
 Delicias videam Nile jocose tuas:
 Quod facile est, opto ventos, (quis credere posset?)
^g Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.
 Obligor, ut tangam sævisera littora Ponti:
 Quodq; sit à patria tam fuga tarda queror.
 Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas,
 Exilii facio per mea vota viam.
 Si me diligitis, tantos compescite fluctus :
 Pronaq; sint nostræ numina vestra rati.
 Seu magis odistis, ^h jussæ me avertite terræ :
ⁱ Supplicii pars est in regione mori.
^k Ferte (quid hic facio?) rapidi mea corpora venti:
 Ausonios fines cur mea vela vident ?

Noluit

Noluit hoc Caesar: quid, quem fugat ille, tenetis?

Aspiciat vultus Pontica terra meos.

Et iubet, & merui: nec, quae damnaverit illo

Crimina, defendi fasque piusque puto.

Sitamen acta deos nunquam mortalia fallunt:

A culpa facinus scitis abesse mea.

Immo ita si scitis: si me meus abstulit error:

Stultaque mens nobis, non scelerata fuit:

^a Quod licet ex minimis, ^b domui si favimus illi:

Si satis Augusti publica iussa mihi:

Hoc duce si duxi felicia secula: proque

Cesare tura, piis Caesaribusque dedi:

Si fuit hic animus nobis, ita parcite divi:

Sin minus: alta cadens obruat unda caput.

Faltor: an incipiunt gravida evanescere nubes?

Victaque mutati frangitur ira maris?

Non casu vos, sed sub conditione vocati,

Fallere quos non est, hanc mihi fertis opera.

^a Quod infimo cuique in promptu est: vel: quamvis unus de minimis.

^b Augusti familiae.

ELEGIA III.

Ut ex urbe Roma decesserit, nec non
conjugis & suorum lacrymas memorat.

Cum subit illius tristissima noctis imago,
Quae mihi supremum tempus in urbe fuit:

Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui:

Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.

Jam propè lux aderat, qua me discedere Caesar

Finibus extrema jusserat Ausonia.

^c Edicto scilicet, quo interdum excedere urbe atque Italia jubebant. Valer. Max. lib. 1, cap. 3.

Nec

a Præparandi ad iter necessaria.

Notatio attoniti.

b Stuporem mentis.

c αὐξήσις ὑπερβολικὴ in significatione multitudinis lacrymarum, quam alibi per flumina & fontem lacry. indicavit.

d ἀεὶσπή- πληξίς, qua mitigat παραβολῶν fide majorem.

e Notatio conticinij.

f ἀποστροφὴ valedictoria ad Jovem Capitolinum.

g Proprie. Deos enim compellentes

Nec mens, nec spacium fuerat ^a satis apta parand:
Torpuerant longa pectora nostra mora.

Non mihi servorum, comites non cura legendi:

Non aptæ profugo vestis, opisûe fuit,

Non aliter stupui, quàm qui Jovis ignibus ictus

Vivit, & est vitæ nescius ipse sua.

Ut tamen hanc ^b animi nubem dolor ipse removit.

Et tandem sensus convaluere mei:

Alloquor extremum mæstos abiturus amicos:

Qui modò de multis unus & alter erant.

Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat.

^c Imbre per indignas usq; cadente genas.

Nata procul Libycis aberat divisa sub oris,

Nec poterat fati certior esse mei.

Quocunq; aspiceres, luctus gemitusq; sonabant:

Formaq; non taciti funeris intus erat.

Femina, virq; meo, pueri quoq; funere mærent:

Inq; domo lacrymas angulus omnis habet.

^d Si licet exemplis in parvo grandibus uti:

Hæc facies Trojæ, cum caperetur, erat.

^e Jamq; quiescebant voces hominumq; canumq;

Lunaq; nocturnos alta regebat equos.

Hanc ego suspiciens, & ab hæc Capitolia cernens,

Quæ nostro frustra juncta fuere lari:

^f Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,

Jamq; oculis nunquam templa videnda meis.

Diq; relinquendi, quos urbs habet alte Quirini:

Este ^g salutati tempus in omne mihi.

salutabant. Cic. pro Rosc. Amer. quum deos aliqui salutatum venerint.

Et

Et quanquam serò ^a clypeum post vulnera sumo :

Attamen hanc ^b odii exonerate fugam.

Cœlestiq; viro, quis me deceperit error,

Dicite: pro culpa ne scelus esse putet.

Ut quæ sentitis, pœnæ quoq; sentiat auctor :

Placato possim non miser esse Deo.

Hac prece adoravi superes ego: pluribus uxor,

Singultu medios impediente sonos.

Illæ etiam ante lares passis prostrata capillis,

Contigit extinctos ore tremente focos :

Multaq; in adversos effudit verba penates,

Pro ^c deplorato non valitura viro.

^d Jamq; moræ spacium nox præcipitata negabat,

^e Versaq; ab axe poli Parrhasis Arctos erat :

Quid facerem? blando patria retinebar amore,

^f Ultima sed iussa nox erat illa fugæ.

Ab quoties aliquo dixi properante, quid urges?

Vel, quò festinas ire vel unde, vide?

Ab quoties, certam me sum mentitus habere

Horam, propositæ quæ foret apta viæ?

Ter limen tetigi: ter sum revocatus: & ipse

Indulgens animo pes mihi tardus erat.

Sæpe vale dicto, rursus sum multa locutus,

Et quasi discedens oscula & summa dedi.

Sæpe eadem mandata dedi, ^h meq; ipse fefelli,

Respicens oculis pignora cara meis. (quam :

Deniq; quid propero? Scythia est quò mittimur, in-

Roma relinquenda est: ⁱ utraq; iusta mora est.

Uxor in æternum vivo mihi viva negatur:

Et domus, & fidæ dulcia membra domus:

b

Quosq;

^a πρὸς τοὺς
κῶς.

Vide adag.

^b Facite ne

Augustus in

exilium ab-

euntem o-

dio profe-

quatur.

^c Metaph. à

mortuis.

^d Notatio

imminentis

diluculi.

^e Ad orientē

conversa.

f. Dieb. sc.

elapsis intra

quos urbe &

italia iussus

eram exce-

dere. Qui

enim relega-

bantur, iis

dies exce-

dendi à præ-

sidibus dari

solebat.

^g Suprema,

ultima.

^h Præ me fe-

rendo non

in mandatis

deditis, quæ

dederam,

me ipsam

decepi.

ⁱ Et migra-

tionis in exi-

lium, & ces-

sationis in

urbe.

Quosq; ego dilexi fraterno more sodales :

O mihi ^a Thesea pectora juncta fide :

Dum licet, amplectar : nunquam fortasse licebit

Amplius : ^b in lucro est, quæ datur hora, mihi.

Nec mora : sermonis verba imperfecta relinquo,

Amplectens animo ^c proxima quæq; meo.

Dum loquor, & flemus : cælo nitidissimus alto

Stella gravis nobis Lucifer ortus erat.

Dividor haud aliter, quam si mea membra relin-

Et pars abrumpi corpore visa suo est. (quam:

Sic doluit Priamus tunc, cum in contraria versus

Ultiores habuit proditionis equus.

Tunc verò exoritur clamor, gemitusq; meorum :

Et ferunt mœstæ pectora nuda manus.

Tunc verò conjux humeris abeuntis inherens,

Miscuit hæc lacrymis tristia dicta meis :

Non potes avelli : simul hinc simul ibimus ambo :

Te sequar, & conjux exulis exul ero.

Et mihi facta via est : & me capit ultima tellus :

Accedam profugæ sarcina parva rati.

Te jubet à patria discedere Cæseris ira :

Me pietas : pietas hæc mihi Cæsar erit.

Talia tentabat, sic & tentaverat antè :

^d Vixq; dedit victas utilitate manus.

Egredior, sive illud erat sine funere ^e ferri,

Squallidus inmissis hirta per ora comis.

Illa dolore amens tenebris narratur obortis

Semianimis media procubuisse domo.

Utq; resurrexit, fœdatis pulvere turpi

Crimibus, & gelida membra levavit humo :

^a Arcta, qualis fuit inter These. & Pirith. Prov. figura.

^b In lucro deputatur.

Hor. Quem fors dierum cunq; dabit, lucro Appone. Terent.

Phorm. Omne id deputare esse in lucro.

^c Carissimos quosque.

^d Vix retinentibus se locum reliquit, amoris conjugalis impetum moderando utilitatis respectu.

^e Efferris. Enall. Terent.

Funus interrim procedit.

Se

Se modò, desertos modò deplorasse penates,

Nomen & erepti sepe vocasse viri :

Nec gemuisse minus, quàm si natae meumue

Vidisset structos corpus habere rogos :

Et voluisse mori, ^a moriendoq; ponere sensus :

Respectuq; tamen non periisse mei.

Vivat : & absentem (quoniam sic fata tulerunt)

Vivat, & auxilio subleuet usq; suo.

^b Tingitur Oceano custos Erymanthidos urse :

^c Æquoreasq; suo sidere turbat aquas :

Nos ^d tamen Jonium non nostra findimus equor

Sponte, sed audaces cogimur esse metu.

Me miserum : ^e quantis nigrescunt æquora ventis,

Erutaq; ex iniis fervet arena vadis :

Monte nec inferior proræ puppiq; recurvæ

Insilit : & ^f pictos verberat unda deos.

^g Pineæ texta sonant : pulsæ stridore rudentes :

Aggemit & nostris ipsa carina malis.

Navita confessus gelidum pallore timorem,

Jam sequitur victus, non regit arte ratem.

Utq; parum validus non proficiencia rector

Cervicis rigidae fræna remittit equo :

Sic non quò voluit, sed quò rapit impetus unda,

^h Aurigam video vela dedisse rati.

Quòd nisi mutatas emisert Æolus auras,

In loca jam nobis non adenda ferar.

Nam procul Illyricis læva de parie relictis

Interdicta mihi cernitur Italia.

Desinat in vetitas, quaeso, contendere terras :

Et mecum magno pareat illa Deo.

^a Cum morte sensum doloris finire.

^b Arctophylax sive Arcturus occidit.

^c Arcturi ortus & occasus gravissimæ tempestates.

^d Anacoluth.

^e Notatio subitæ tempestatis.

^f Depictos in navi.

^g Periphra. navis pineæ. Usus eodem verbo est & alibi. Textitur & costis panda carina suis.

^h Nautam, navis rectorem : κα-

τακτησι-
κῆς.

Dum loquor, & cupio pariter, timeoq; repelli,
 Increpuit quantis viribus unda latens!
 Parcite cœrulei vos saltem numina ponti,
 Infestumq; mihi sit satis esse^a Jovem.
 Vos animam seve fessam subducite morti,
 Si modò, qui perit, non periisse potest.

^a Augustum.
 αὐγούστου.

^b A me. En-
 nall. casus.
 Horat. Pri-
 ma dicte mi-
 hi, summa
 dicende,
 Camena.
 c Perturba-
 tum.

αὐτοῦ.

^d Consola-
 tione: allo-
 qui. n. idem
 quod

παρα-
 μυθεῖσθαι,

teste Varr.
 lib. 5. de
 ling. lat.

^e Pro tali
 animo.

^f Prius me
 vita defi-
 ciet, prius
 moriar. Pe-
 riph.

^g Temporis
 longitudine.

^h Utinam
 sint. Ellips.

ⁱ Si perpe-
 tuo fortuna
 successu

uteret. Alle-
 gor.

E L E G I A IV.

Ad amicum, qui etiam in adversis fidus
 permanferat.

O^b Mihi post ullos nunquam memorande sode-
 O cui præcipue sors mea visa sua est: (les^a)
^c Attonitum qui me (memini) carissime primus
 Ausus es^d alloquio sustinuisse tuo.
 Qui mihi consilium vivendi mire dedisti:
 Cum foret in misero pectore mortis amor.
 Scis bene cui dicam, positus pro nomine signis:
 Officium nec te fallit, amice, tuum.
 Hæc mihi semper erunt imis infixæ medullis:
 Perpetuusq; ^e animi debitor hujus ero.
^f Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras
 Ibit; & in tepido deseret ossa rogo:
 Quàm subeunt animo meritorum oblivia nostro,
 Et ^g longa pietas excidat ista die.
 Dii tibi ^h sint faciles: & opis nullius egentem
 Fortunam præstent, dissimilemq; meæ.
ⁱ Si tamen, hæc navis vento ferretur amico,
 Ignoraretur forsitan ista fides.

Thesea

^a Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
 Si non infernas vivus adisset aquas.
 Ut foret exemplum veri ^b Phocæus amoris,
 Fecerunt furia tristis Orestæ tuæ.
 Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,
 Hyrtacida Nisi gloria nulla foret.
^c Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
 Tempore sic duro est inspicienda fides.
 Dum jurat & vultu ridet fortuna sereno,
 Indelibatas cuncta sequuntur opes.
 At simul intonuit, fugiunt: nec noscitur ^d ulli,
 Agminibus comitum qui modò ^e cinctus erat.
 Atq; hæc exemplis quondam collecta priorum,
 Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
 Vix duo tresve mihi de tot superestis amici:
 Cetera ^f fortunæ, non mea, turba fuit.
 Quò magis ò pauci rebus succurrite lapsis,
 Et date naufragio littora tuta meo.
 Nève metu & falso nimium trepidate timentes,
 Hac offendatur ne pietate Deus.
 Sæpe fidem adversis etiam laudavit in armis,
 Inq; suis amat hanc Cæsar: in haste probat.
 Causa mea est melior: qui non contraria savi
 Arma, sed hanc merui ^h simplicitate fugam.
 Invigiles igitur nostris pro casibus oro:
 Deminui si qua numinis ira potest.
 Scire meos casus si quis desiderat omnes,
 Plus, quàm quod fieri res sinit ipsa, petit.

^a amici dicuntur inconstantes & incerti.

^g Inanis.

^h Imprudentia sive errore.

^a ἰπαγωγὴ
 παραδειγ-
 ματικὴ, qua
 probatur
 fidem ex-
 plorari re-
 bus adver-
 sis.

^b Phocensis.
 Enall. spec.
 Et est anto-
 nom. Pyla-
 des Strophii
 Phocem. F.

ὁμοτιπαρα-
 βολή, Cicer.
 lib. 6. Fam.
 Papir. Pæt.
 Hocr. Demo.

τὸ μὲν γὰρ
 χρυσοῦν ἐν
 τῷ πυρὶ δο-
 κίμαζεται.

^d Ab ullo.
 Heterosis
 casus poëtis
 usitata.

^e Circunda-
 tus. Metaph.
 à re milita-
 ri.

^f Reliqui
 fortunam
 secuti sunt
 non amici-
 tiam meam.

Phocyl. δαι-
 τὸς ἐταῖροι.
 ita fortunæ

a Poëtica
 numeri infi-
 niti signifi-
 cat
 b H. c. φω-
 νη δ' ἀρρηκ-
 τος χάλκρον
 δέ μοι ἢ τοῦ
 εὐείη.
 c Ulyſſe Ithia-
 cēſe. νῆεστος
 mons Ithaca
 iniula.
 ὀδῆος. τ'.
 d Toto caelo.
 Synecdoch.
 e Hom. Δου-
 λιχίω τε,
 Σάμῃ τε καὶ
 ὑλήοντι Σα-
 κιώθω.
 Virg. 7. AEn.
 Dulichium-
 que, Same-
 que, & Neri-
 tos ard. fax.
 f Unde &
 ἐπὶ τὰ λόφῳ
 dicta eſt, hoc
 eſt ſepticol-
 lis.
 g Mart. Vires
 ingenuæ, fa-
 lubre corp⁹.
 h Minerva
 belli preſes.
 Home.
 ἀλλ' ἄρ' οἱ
 πάλευόν τε
 ἔδον, καὶ ἔρ-
 γον ἔργῳ.

Tot mala ſum paſſus, e quot in æthere ſidera lucent,
 Parvaq; quot ſiccus corpora pulvis habet.
 Multaq; credibili tulimus majora, ratamq;
 Quavis acciderint, non habitura fidem.
 Pars etiam mecum quedam moriatur, oportet:
 Meq; velim poſſit diſſimulante regi.
 Si b vox inſragilis, pectus mihi firmitus ære,
 Pluraq; cum linguis pluribus ora forent:
 Non tamen iocircò complecterer omnia verbis.
 Materia vires exuperante meas.
 Pro e duce Neritio docti mala noſtra poëta
 Scribite: Neritio nam mala plura tuli.
 Ille brevi ſpatio multis erravit in annis
 Inter Dulichias Ithacasq; domos.
 Nos frera d ſideribus totis diſtantiâ meſos
 Detulit in Goticos Caſaris ira ſinus.
 Ille habuit ſuaamq; manum, ſociosq; fideles:
 Me profugum comites deſeruere mei.
 Ille ſuam lætus patriam, victorq; petebat:
 A patria fugi victus & exul ego. (ve)
 c Nec mihi Dulichium domus eſt, Ithacève, Samé-
 Pœna quibus non eſt grandis abeſſe loci:
 Sed quæ de f ſeptem totum circunſpicit orbem
 Montibus, imperij Roma deumq; locus.
 Illi corpus erat durum, patiensq; laborum:
 Invalidæ vires, & ingenuaq; mihi.
 Ille erat aſſiduè ſevis agitat⁹ in armis:
 Aſſuetus ſtudiis mollibus ipſe ſui.
 Me Deus oppreſſit nullo mala noſtra levante:
 h Bellatrix illi diva ſerebat opem.

Cumq;

Cumq; minor Jove sit ^a tumidis qui regnat in un-
illum Neptuni, me ^b Jovis ira premit. (dis:

Adde, quod illius pars maxima ficta laborum:

Ponitur in nostris fabula nulla malis.

Deniq; questos tetigit tamen ille penates:

Quaq; diu petuit, contigit arva tamen.

At mihi perpetuo patria tellure carendum est,

Ni fuerit lesi mollior ira Dei.

^a Neptuni
Periphr.

^b Augusti
Caesaris.

ELEGIA V.

Ad uxorem, cujus fidem & amorem
praedicat.

Nec tantum ^c Clario Lyde dilecta poetae;

Nec tantum ^d Coe Battis amata suo est:

Pectoribus quantum tu nostris uxor inheres,

Digna ^e minus misero, non meliore viro.

^f Te mea supposita veluti trabe fulta ruina est:

Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.

Tu facis, ut spolium non sum: nec nudus ab illis,

^g Naufragij tabulas qui petiere mei.

Utq; rapax, stimulante fame, cupidusq; cruoris

^h incustoditum captat ovile lupus:

Aut ut edax vultur corpus circumspicit, ecquod

Sub nulla positum cernere possit humo:

Sic mea nescio quis male fidus rebus acerbis

In bona venturus, si paterere, fuit.

Hunc tua per fortes virtus summovit amicos:

Nulla quibus reddi gratia digna potest.

Ergo quam misero, tam vero teste probaris,

Hic aliquod pondus si modo testis habet.

^e Antima-
cho, qui Co-
lophonius
fuit, hoc est,
Clarius: Co-
lophone

enim Apollo
Clarius templ.

habuit. Vide
etiam Par-

rhas. item

Turn. lib. II.

cap. 3.

^d Philetæ.

Propert: --

& Coi sacra
Philetæ.

^e Feliciore.

^f Ita al. Her-
cule suppo-

sito sidera
fulcit Atlas.

^g Proverbia-

li figura di-

citur de ex-

trema spo-

liatione.

^h Oves desti-

tutas custo-

de καθ'
ὑπαλλαι.

Nec γλυ.

b 4

^a Amplificatio ab exemplis Andromaches, Laodam. & Penelopes.
^b Seu natura te hoc docuit: seu Livia exemplo delicti.

^c Correctio, sive *ἰσχυρολογία*.

^d Homer. de Baccho in hymn.

*κισσῶν καὶ δάφνης ἑστί·
 κισσῶν δὲ φύλλον.*

Tibull. Sed variæ flores & frons redimita corymbis.

^e Effigiem meam in gemma insculptam geris. Synecd.,

^a *Nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor,
 Aut comes extincto Laodamia viro.*

*Tu si Maonium vatem sortita fuisses:
 Penelopes esset fama secunda tuae.*

^b *Sive tibi hoc debes, nullo pia facta magistro:
 Cumq; nova mors sum tibi luce dati:*

*Femina seu princeps omnes tibi culta per annos
 Te docet exemplum conjugis esse bonæ:*

Assimilemq; sui longa assuetudine fecit:

^c *Grandia si parvis assimilare licet.*

Hei mihi non magnas quod habent mea carmina

Nostraq; sunt meritis ora minora tuis! (vires,

Si quid est in nobis vivi fuit arte vigoris:

Extinctum longis excidit omne malis.

Prima locum sanctas Heroidas inter haberes:

Prima bonis animi conspicerere tui.

Quantumcunq; tamen præconia nostra valebunt,

Carminibus vives tempus in omne meis.

E L E G I A VI.

Ad amicos, qui ejus imaginem auro insculptam habebant.

SI quis habes nostris similis in imagine vultus,
 Deme meis ^d hederas, Bacchica ferta, comis.

Ista decent letos felicia signa poetas:

Temporibus non est apta corona meis.

Hæc tibi dissimulas sentis tamen omnia dici,

In digito me fersq; refersq; tuo.

Effi-

Effigiemq̄ meam fulvo complexus in auro,
 Cara relegati, quæ potes, ora vides.
 Quæ quoties spectas, subeat tibi dicere saltem,
 Quàm procul à nobis Naso sodalis abest!
 Grata tua est pietas: sed carmina^a major imago
 Sunt mea: quæ mando qualiacunq̄ legas:
 Carmina^b mutat as hominum dicentia formas,
 Infelix domini quod fuga^c rupit opus.
 Hæc ego discedens, sicut bona multa meorum,
 Ipse mea posui mæstus in igne manu.
 Utq̄ cremasse suum fertur sub stipite natum
 Thestias, &^c melior matre fuisse soror:
 Sic ego non meritos mecum peritura libellos
 Imposui rapidis viscera nostra rogis.
 Vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus:
 Vel quod adhuc crescens & rude carmen erat.
 Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed extant,
 Pluribus exemplis scripta fuisse reor.
 Nunc precor ut vivant, & non ignava legentem
 Ocia delectent, admoneantq̄ mei.
 Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
^f Nesciat his summam si quis abesse manum.
^g Ablacum mediis opus est incudibus illud,
 Desuit & scriptis ultima lima meis.
 Et veniam pro laude peto: laudatus abundè.
 Non fastiditus si tibi lector ero.
 Hos quoq̄ sex versus in prima fronte libelli,
 Si præponendos esse putabis, habe:
 Orba parente suo quicunq̄ volumina cernis,
 His saltem vestra detur in urbe locus.

b 5.

Quoq̄

^a Magis expressam vides animi mei imaginem in versibus meis.

^b Metamorphoses.

^c Interrupit, ne summa illi manus imponeretur.

^d Althææ Thestii F. Meleagra.

Vide lib. 8. Metamor.

^e Quod fratrum quam filii sui interitum ægriore animo ferret. Ita in Metam. Incipit esse tamen melior germana parente.

^f Operis perfectionem atque absolutionem: Vide adag. summam manum addere.

^g Metaphora à re fabrilis.

Quoq; magis faveas, non hæc sunt edita ab illo :
Sed quasi de domini funere raptæ sui.
Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, eram.

E L E G I A VII.

In amicum, qui illi pollicitam fidem fregerat.

^a Poëtica
ejus, quod
fieri nequit
notario.

^b Naturæ
cursum, or-
dinem à na-
tura desti-
natum.

^c Me abeun-
tem in exi-
liū. Metaph.
sumta à fu-
nerum con-
suetudine.
^d Nullo apud
te in honore
est.
^e Ærumnis
oppressum.

IN^a caput alta suum labentur ab æquore retrò
Flumina, conversis solq; recurret equis :
Terra feret stellas : cælum findetur aratro :
Unda dabit flammæ : & dabit ignis aquas :
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt :
Parsq; suum mundi nulla tenebit^b iter :
Omnia jam fieri fieri quæ posse negabam :
Et nihil est, de quo non sit habenda fides.
Hæc ego vaticinor : quia sum deceptus ab illo,
Laturum misero quem mihi rebar opem.
Tantane te, fallax, cepere oblivis nostri :
Afflictumq; fuit tantus adire timor ?
Ut neq; respiceres, nec solarere jacentem,
Dure, nec^c exequias prosequerere meas ?
Illud amicitie sanctum ac venerabile nomen
^d Re tibi pro vili, sub pedibusq; jacet.
Quid fuit, ingenti^e prostratum mole sodalem
Visere ? & alloqui parte levare tui ?
Inq; meos si non lacrymas dimittere casus,
Pauca tamen ficto verba dolore loqui ?

Idq;

Idq̄ quod ignoti faciunt, valedicere saltem?

Et^a vocem populi publicaq̄ ora sequi?

Deniq̄, lugubres vultus, nunquamq̄, videndos

Cernere supremo, dum licuitq̄, die?

Dicendumq̄, semel toto non amplius aeo

Accipere, & parili reddere voce, vale?

At fecere alii nullo mihi foedere juncti:

Et lacrymas animi signa dedere sui.

Quid nisi convictu causisq̄, valentibus esses,

Temporis & longi junctus amore mihi?

Quid, nisi tot lusus, & tot mea seria nosses?

Tot nossem lusus, seriaq̄, ipse tua?

Quid, si duntaxat Roma mihi cognitus esses?

^b Ascitus roties in genus omne ioci?

Cunctane in aequoreos^c abierunt irrita ventos?

Cunctane^d Lethæis mersa feruntur aquis?

Non ego te genitum placida reor urbe Quirini,

Urbe, meo quæ jam non adeunda pede est.

^e Sed scopulus Ponti, quos hæc habet ora, sinistri,

Inq̄, feris Scythiæ Sarmaticisq̄ jugis.

^f Et tua sunt silicis circum præcordia venæ:

Et rigidum ferri semina pectus habet.

Quaq̄ tibi tenero quondam ducenda palato

Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.

Aut mala nostra minus, quàm non aliena putares,

Duritiæq̄ mihi non agerere reus.

Sed quoniam accedit fatalibus hoc quoq̄, damnis:

^g Sic careant numeris tempora prima suis.

Effice peccati ne sim memor huius, & illo

Officium ut laudem, quo queror, ore tuum.

E L E.

^a Supremum
Salve & Vale
conclamare.
Perstitit in
Metaph. de
funerum ex-
equiis.

^b Adhibitus.
^c Evanue-
runt: pro-
verb. figura,
^d Oblivione
demersa
sunt. Poët.
circuition.
^e Proverbia-
li figura ho-
minem aspe-
rum & im-
mitem no-
tat.
^f Tibull. cō-
tra lib. 1. Fle-
bis, non tuæ
sunt duro
præcordia
ferra vinctæ,
nec in tene-
ro stat tibi
corde silex.
^g Ut ultima
primis in a-
more non
responde-
ant.

ELEGIA VIII.

Ad amicum, quòd vulgus fortunam sequatur.

^a Utinam detur. Ellips.
^b Vitæ tempus eodem felicitatis tenore transigere. Metaphora à cursu.
^c Carmen, elegiam.
 Totum pro parte.
^d Casarem inclementem Enal. numeri.
^e Felicium multos esse amicos probat inductione.
^f Nube obscuratur.
^g Splendorè successum fortunæ.
^h hoc est, cù fortuna mutari hominū voluntates.
ⁱ Reb. florentibus satis quidem frequentem domum habuimus, sed tamen carente strepitu & ambitione. Virg. 2. Georg. Si non ingentē foribus domus alt. superb.

^a **D**etur ^b inoffense vitæ tibi tangere metam,
 Qui legis hoc nobis non inimicus ^c opus.
 Atq; utinam pro te possent mea vota valere,
 Quæ pro me ^d duros non tetigere Deos.
^e Donec eris felix, multos numerabis amicos:
 Tempora si fuerint nubila, solus eris.
 Aspicias ut veniant ad candida tecta columbae?
 Accipiat nullas sordida turris aves?
 Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam:
 Nullus ad amissas ibit amicus opes.
 Utq; comes radios per Solis euntibus umbra est:
 Cùm ^f latet hic pressus nubibus, illa fugit:
 Mobile sic sequitur fortunæ & lumina vulgus:
 Quæ simul inducta nube teguntur, abit.
^h Hæc, precor, ut possint semper tibi falsa videri:
 Sunt tamen eventu vera fatenda meo.
ⁱ Dum steterimus, turbæ quantum satis esset, habebat
 Nota quidem, sed non ambitiosa domus.
 At simul impulsæ est, omnes timuere ruinam,
^k Cautaq; communi terga dedere fugæ.
 Sæva nec admiror metuunt si fulmina, quorum
 Ignibus afflari proxima quæq; solent.
 Sed tamen in duris remanentem rebus amicum
^l Quamlibet in viso Casar in hoste probat.

^k Ipsi cauti Hypall.
^l Locus à comparatis.

Nec

Nec solet irasci (neq; enim moderatior alter)

Cum quis in adversis, si quid amavit, amat.

De^a comite Argolico postquam cognovit Orestem,

Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.

Quae fuit^b Actoridae cum magno semper Achille,

Laudari solita est Hectoris^c ore fides.

Quod pius ad manes Theseus comes iret^d amico,

^e Tartareum dicunt indoluisse deum.

Euriali Nisiq; fide tibi^f Turne relata,

Credibile est lacrymis inmaduisse genas.

Est etiam miseris pietas: & in hoste probatur.

^h Hei mihi, quam paucos haec mea dicta movent!

Hic status, haec rerum nunc est fortuna mearum,

Debeat ut lacrymis nullus adesse modus.

ELEGIA IX.

Amico gratulatur, quod studio & doctrina magnam sit laudem consecutus: rogatq; ut sibi patrocinetur.

AT mea sunt proprio quamvis maestissima casu
Pectora, ^k profectu facta serena tuo.

Hoc tibi^l venturum jam tum carissime vidi,

^m Ferret adhuc istam cum minus aura ratem.

Sive aliquod morum, seu vitae labe carentis

Est precium, ⁿ nemo plurius emendus erat.

Quelibet eloquio sit bona causa tuo.

^l Eventurum. Enall.

^m Allegoria q. d. cum neque

ego tam miser, neque tu tam excellens esses.

ⁿ Nemo te plurius faciendus erat.

^a Pylade.

Peripht.

^b Patroclo

Actorisilio.

^c Sermone

Synecd.

^d Pirithoo.

^e Plutonem:

cujus uxor. ra-

pturi erant.

ἡ παροροφῆ

πλατικῆ.

^g Est etiam

communis

affect. huma-

nitatis erga

eos, qui non

sua culpa

sunt miseri.

^h Exclamatio

παθητικῆ.

ⁱ Haec a legis

in masc. &

& lib. aliqu.

cohaeret

cum praee-

cedenti: neq;

debet ab ea

separari.

^k Anacolu-

thon: tamen

aegritudo il-

la nonnihil

minuitur

cogitatione

tuarum pro-

gressionum

in studio

eloquentiae,

& virtutis.

Hic

His ego commotus dixi tibi protinus ipsi,

a Dotes istæ aliquando magno theatro spectabuntur.

a *Scena manet dotes grandis, amice, tuas.*

Hoc mihi non ovium sibra, tonitrusue sinistri,

Linguæve^b servatæ pennaue dixit avis.

b Observatæ, captato augurio vel ex voce illius, vel ex volatu. Cice. 1. de divin.

c *Augurium ratio est, & conjectura futuri, Hac divinavi, notitiamq;^d tuli.*

Quæ quoniam vera est: tota mihi mente, tibiq;^g

Gratulor, c ingenium non latuisse tuum.

atq; secundam. Solus avē servans.

f *At nostrum tenebris utinam latuisset in imis:*

Expediit studiis & lumen abesse meis.

e Ratione & prudentia uisus tanquā augurio, ex indole tua istam præstant. divinavi.

Utq;^g tibi profunt^h artes facunde severæ,

Dissimiles illis sic nocuere mihi.

Vita tamen tibi nota mea est, scisⁱ artibus illis

Auctoris mores abstinuisse sui.

d Abstuli, consecutus sum.

Scis vetus hoc juveni lusum mihi carmen: & istos

Ut non laudandos, sic tamen esse jocos.

e Non fugisse me tuum ingenium, quod ex indole perspexi.

Ergo ut defendi nullo mica posse^k colore,

Sic excusari crimina posse puto.

f Fuisset obscurum.

Quâ potes, excusa, nec amici desere causam:

Quo pede cœpisti, l sic bene semper eas.

g Claritatem Metaph.

i Vitam me egisse graviolem, quam artes fuerunt, quas tractavi. Ita alibi: Vita verecunda est, Musa jocosa mea est.

h Studia eloquentiæ.

k Prætextu, specie. Excusat factum per ætatem. *l* Optantis est. Ita feliciter progrediare in studiis eloquentiæ, sicut cœpisti.

E L E G I A X.

Navim laudet, quam in Corinthiaco sinu
habuit.

EST

Est mihi, sitq; precor, flava^a tutela Minervæ
Navis: & ^b à picta casside nomen habet.

Sive opus est velis: minimam bene currit ad auram:

Sive opus est remo: remige carpit iter.

Nec comites volucris contenta est vincere cursu:

Occupat egressas quamlibet ante rates.

Et patitur fluctus. fertq; assilientia longè

Æquora: nec sevis victa madescit aquis.

Illa Corinthiacis primū mihi cognita^c Cenchreis,

Fida manet trepida duxq; comesq; fuga.

Perq; tot eventus, & iniquis concita ventis

Æquora, ^d Palladio numine tuta fuit.

Nunc quoq; tuta, precor, vasti secer ostia ponti:

Quasq; petit, Getici littoris intret aquas.

Quæ simul Æoliæ mare me deduxit^e in Helles:

Et longum^f tenui limite fecit iter:

Fleximus in levum cursus, & ab Æ Hectoris urbe

Venimus in portus Imbria terra tuos,

Inde levi vento Zerinthia littora nacta,

^h Thræciam tetigit fessa carina Samon.

Saltus ab hac terra brevisⁱ Epireæ petenti:

Hac dominum tenus est illa secuta suum.

Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:

Hellepontiacas illa relequit aquas.

Dardaniamq; petit^k auctoris nomen habentem,

Et te ruricola Lamsæe tuta Deo.

Quasq; per angustas malè vectæ^l virginis undas

Seston Abydena separat urbe fretum.

^k Dardani.

^l Helles, quæ Helleponto nomen fe-

cit in eum delapsa.

^a Propter
Minervæ si-
mulacrum
in illa depi-
ctum. Estq;
appositio.
^b Dicta scili-
cet Minervæ
Galeata.

^c κατὰ σελή-
νην. Le-
cheæ & Cen-
chrea angu-
stiarum u-
trinque ter-
mini in sinu
Corinthiaco
& Sazonico.
Plin. lib. 4.
cap. 4.
^d Minervæ
præsidio.
^e In Helle-
spontum.
^f Augusto.
^g Ilio.
^h Samothra-
ciam.
ⁱ τὰ κρητὰ ἡ-
πειρον. pe-
deltri itinere
profecto.
ὁδὸς γ' εἶθ'
ὄγ' ἐπ' ἡπει-
ρον.

Inde

Inde Propontiacis hærentem Cyzicon oris,

Cyzicon^a Æmonie nobile gentis opus.

Quæq; tenent ponti Byzantia littora fauces,

Hic locus est^b gemini janua vasta maris.

Hæc, precor, evincat, propulsaq; fortibus Austris

Transseat instabiles strenua Cyaneas.

Thynniacosq; sinus, & ab his per Apollinis urbem

Acta sub Anchiali mœnia findat iter.

Inde Mesembriacos portus, & Odesson, & arces

Prætereat dictas nomine, Bacche, tuo.

Et quos Alcathoi memorant à mœnibus ortos

Sedibus his profugos constituisse lares.

A quibus adveniat Miletida sospes ad urbem,

Offensi quò me contulit ira Dei.

^c Unica enim
navis fuit,
sed curtus
duplex: de
quo vide
Micylli cõ-
mentatio-
nem.

Hæc sic contigerit, meritæ cadet agna Minervæ:

Non facit ad nostras hostia major opes.

Vos quoq; Tyndaridæ, quos hæc colit insula, fratres

Mite, precor, duplici numen adeste viæ.

Altera nanq; parat Symplegadas ire per altas:

Scindere Bistonias altera puppis aquas.

Vos facite ut ventos, loca cum diversa petamus.

Illa suos habeat, nec minus ista suos.

E L E G I A XI.

Ad lectorem, quòd in itinere hunc pri-
mum librum confecerit.

^d Mihi soli-
cito καὶ ὁ
ἡπυλλεύω.

Littera quæcumq; est toto tibi lecta libello,
Est mihi^d sollicitæ tempore facta viæ.

Aut

Aut hanc me, gelido tremere cum mense Decem-

Scribentem mediis ^a Adria vidit aquis: (bri,

Aut postquam bimare cursu superavimus Isthmon,

Alteraque est nostrae summa carina fugae.

Quod facerem versus inter fera murmura Ponti,

Cycladas Aegaeas obstupuisse puto.

Ipsae ego nunc miror tantis animique marisque

Fluctibus ingenium non cecidisse meum.

Seu stupor huic studio, sive est ^b insania nomen:

Omnis ab hac curae mens relevata mea est.

Saepe ego ^c nimborum dubias jactabar ab haedis:

Saepe minax ^d Steropes sidere Pontus erat:

Fuscabatque diem custos Erymanthidos urse:

Aut Hyadas saevae ^e auxerat Auster aquis:

Saepe maris pars intus erat: tamen ipse trementi

Carmina ducebam qualiacunque manu.

Nunc quoque contenti stridunt Aquilone rudentes,

Inque modum tumuli concava surgit aqua:

Ipsae gubernator ^f tollens ad sidera palmas,

Exposcit votis, immemor artis, opem.

Quocumque aspexi, nihil est nisi mortis imago:

Quam dubia timeo mente, timensque precor.

^g Attigero portum, portu terrebor ab ipso:

Plus habet infesta terra timoris aqua.

Nam simul insidiis ^h hominum pelagique laboro:

Et faciunt geminos ensis & unda metus.

Ille meo vereor ne speret sanguine praedam:

Hec tuniculum nostrae mortis habere velit.

^h Latronum quorum ferax est Thracia, propter barbariam.

^a Mare Adriaticum.

Meton.

^b Furor. Id lib. 4. eleg. 1. Forfitan hoc studium possit furor esse videri.

^c Nimborum inducentibus. Metonym.

Vide Theoc. hoc ep.

^d Plejadum.

Synecd. Ex

una omnes indicantur.

Vide lib. 4.

Factor.

^e Hyadum pluvias &

imbres suo flatu intenderat. Vide

Gell. lib. 13. cap. 9.

^f Maribus in caelum sublati orasse,

auctor est Apule. in

lib. de mundo.

^g Si attigero. Ellipsis.

^h Si attigero. Ellipsis.

Barbara

^a Dedita &
q. mancipa-
ta.

^b Si expecta-
tioni tuæ
non respon-
deant.

^c Concessio
per

^d Definendo
sc. sanire.

^e Concessio
per

^f Definendo
sc. sanire.

^g Concessio
per

^h Definendo
sc. sanire.

ⁱ Concessio
per

^k Definendo
sc. sanire.

^l Concessio
per

^m Definendo
sc. sanire.

ⁿ Concessio
per

^o Definendo
sc. sanire.

^p Concessio
per

^q Definendo
sc. sanire.

^r Concessio
per

^s Definendo
sc. sanire.

^t Concessio
per

^u Definendo
sc. sanire.

^v Concessio
per

^w Definendo
sc. sanire.

^x Concessio
per

^y Definendo
sc. sanire.

*Barbara pars leua est auida^a submissa rapinae,
Quam cruor, & cædes, bellaq; semper habent.*

*Cumq; sit hybernis agitatam fluctibus æquor:
Pectora sunt ipso turbidiora mari.*

*Quò magis his debes ignoscere, candide lector,
^b Si spe sint, ut sunt, inferiora tua.*

*Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis:
^c Nec consue'te meum lectule corpus habes.*

*Factor in indomito brumali luce profundo:
Ipsaq; cæruleis charta feritur aquis,*

*Improbata pugnat hyems: ^d indignaturq; quòd au-
Scribere, se rigidas incutiente minas. (sim*

*^e Vinsat hyems hominem: sed eodẽ tempore, quæso,
Ipse modum statuam carminis, ^f illa sui.*

P. OVIDII NASO- NIS TRISTIUM.

Liber secundus.

AD AUGUSTUM CÆ-
SAREM.

^g σὺνθεσις
ἐπιζητη-
κὴ.

Et est apo-
strophe ad
librum.

Quid mihi vobiscum est, & infelix cura, libelli,
Ingenio perij qui miser ipse meo?

Cur modò damnatas repeto mea crimina Musas?

An semel est pœnam commeruisse parum?

Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellent

Omne non fausto femina virq; meo.

Carmina

Carmina fecerunt, ut me, moresq; notaret

Jampridem invisā Caesar ab arte meos.

Deme mihi studium: vitæ quoq; crimina demes:

Acceptum refero versibus^a esse nocens.

Hoc precium curæ vlgilatorumq; laborum

Cepimus: ingenio est pena reperta meo.

Si saperem, doctas odissem jure sorores,

Numina cultori pernicioſa suo.

At nunc (tanta meo comes est insania morbo)

^b Saxa meum refero rursus ad icta pedem.

Scilicet ut victus repetit gladiator arenam:

Et redit in tumidas nauſraga puppis aquas.

Forsitan, ut quondam^c Teuthrantia regna tenenti,

Sic mihi res eadem vulnus opemq; feret.

Musaq; que movit, motam quoq; leniet iram:

Exorant magnos carmina sepe deos.

Ipse quoq; Ausonias Caesar matresq; nurusq;

Carmina^d turrigeræ dicere jussit Opi.

Iusserat e^e Phæbo dici, quo tempore ludos

Fecit, ^e quos ætas aspicit una semel.

His precor exemplis tua nunc, mitissime Caesar,

Fiat ab ingenio mollior ira meo.

Illa quidem justa est: nec me meruisse negabo:

Non adeo nostro fugit ab ore pudor.

Sed, nisi peccassem, quid tu concedere posses?

^f Materiam veniæ fors tibi nostra dedit.

Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittet

Juppiter, exiguo tempore inermis erit.

Nunc ubi detonuit, strepituq; exterruit orbem:

^g Purum discussis aëra reddit aquis,

^a Græcâ constructione, pro esse nocentem. Ita alibi. Sed, n. quia retrulit

Ajax Esse Iovis pronepos.

^b Vide adag. Bii ad eundem lapidem.

^c Telepho Myfiæ regi, quam ante ipsum Teuthrastenuit.

^d Turritam coronam gerenti.

^e Opis enim Saturn. conjux tertia est, sustinens civitates turritas: in cuius honorem Opalia instituta.

^f Notatio ludorum secularium.

^f Occasionem, causam.

^g Serenum, sudum.

Jure igitur * genitorq; deum rectorq; vocatur :

Jure capax mundus nil Jove majus habet.

Tu quoq; cum patriæ rector dicare, paterq;

Ultere more Dei ^a nomen habentis idem.

Idq; facis : nec te quisquam moderatius alter

Imperii potuit fræna tenere sui.

Tu veniam Partho superato sæpe dedisti,

Non concessurus quam tibi victor erat.

^b Divitiis etiam multos & honoribus auctos

Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.

Quæq; dies bellum, belli tibi sustulit iram :

Parsq; simul templis ^c utraq; dona tulit.

Utg; tuus gaudet miles, quod vicerit hostem,

Sic, cur se victum gaudeat, hostis habet.

Causa mea est melior : qui nec contraria dicor

Arma, nec hostiles esse secutus opes.

Per mare, per terras, per ^d tertia numina juro :

Per te præsentem conspicuumq; Deum.

Hunc animum favisse tibi, vir maxime : meq;

Qua sola potui, mente fuisse tuum.

^e Optavi peteres cœlestia sidera tardè :

^f Parsq; sui turbæ parva precantis idem.

Et pia thura dedi pro te : tumq; omnibus unus

Ipse quoq; adjuvi publica vota meis.

Quid referam libros illos, quos crimina dicis,

Mille locis plenos nominis esse tui ?

^e Horat. lib. 1. Carm. Serus in coelum redeas.

^f Votis enim quæ sacerdotes suscipiebant, privatorum quoque accedere solebant.

* Virgil. di-
vum pater,
atq; hominum
rex. Vide
Varr. lib. 5.
de ling. lat.
^a Patris scili-
cet. Homer.
πατήρ ἀν-
θρώπων τε θεῶν
τε.

^b Conjura-
tos innuit, à
quibus Au-
gusti vita
insidiis peti-
ta est.

^c Conjurati
ob placatū
Imp. Augu-
stus propter
vitam inco-
lumem.

^d Cœlum.

^e ἱερῶν ὑμ-
νῶν. Formu-
la autem ju-
randi erat
hæc : *Juro*

per. Plaut.

Amphit. Per
Iovem juro.
Juro per Ne-
ptun. Plutō.
& Jovem.

Inspice

Inspice ^a majus opus, quod adhuc sine fine reliqui,
In non credendos corpora versa modos.

Invenies vestri praeconia nominis illic:

Invenies animi pignora multa mei.

^b Non tua carminibus major sit gloria: nec quo

Ut major fiat, crescere possit, habet.

Fama Jovis superest: ^c tamen hunc, sua facta re-

Et se materiam carminis esse, juvat. (ferri)

Cumq; Gigantei memorantur praelia belli.

Credibile est letum laudibus esse suis.

^d Te celebrant alij, quanto decet ore: tuasq;

Ingenio laudes uberiore canunt.

Sed tamen, ut fuso taurorum sanguine centum,

^e Sic capitur minimo thuris honore Deus.

Ab ferus, & nobis nimium crudeliter hostis,

^f Delicias legit qui tibi cumq; meas!

Carmina ne nostris & te & venerantia libris

Judicio possint candidiore legi.

Esse sed irato quis te mihi posset amicus?

Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.

^h Cum coepit quassata domus subsidere, partes

In proclinatas omne ⁱ recumbit onus.

Cunctaq; fortuna rimam faciente debiscunt:

Ipsa suo quaedam pondere tracta ruunt.

Ergo hominum quaesitum odium mihi carmine, quaq;

Debit, est vultus turba secuta tuos.

At (memini) vitamq; meam moresq; probabas,

Illo, quem dederas, ^k praetereuntis equo.

Quod si non prodest, & honesti gloria nulla

Redditur: at nullum crimen adeptus eram.

^a Metamorp.

^b ανδυπο-

φορρ.

^c Eurip. Hip-

pol. νεισι γαρ

δη καὶ ανδυπο-

γενεσ τοδα.

Τιμαμυροι

καρροιν

ανθεωπων

πο-

^d ανδυπο-

φορρ.

^e Tibull. Pa-

negyr. Par-

vaq; coelestes

pacavit mica,

nec illis Sem-

per inaurato

taurus cadit

hostia cornu.

^f Amorum

libros.

^g Laudes

tuas cele-

brantia.

^h Allegoria.

ⁱ Propendet,

inclinatur.

^k Meam pra-

tereunt. di-

ctum sicut

illud Horat.

1. Ser. Sat. 4.

mea timentia.

a Periphr.
centumvi-
ror.

b Quæ in ju-
dicio trium-
virali causa
eciderat.

c Allegoricè
calamitatē
suam innuit
navigantiū
periclitatio-
ne.

d Ignoranti
quæ ageren-
tur.

e Apud Deos
etiam fortu-
næ culpa ne-
minem ex-
cusat.

f Correctio,

g In neutram
partem.

h Facultati-
bus non e-
questribus :
quarum cē-
sus erat ad
quadringen-
ta millia.

Nec malo commissa est nobis fortuna reorum,

Usg^a decem decies inspicienda viris.

Res quoq³ privatas statui sine crimine iudex:

Deq³ meâ fassa est gars quoq³ victa fide.

Me miserum: potui, si non extrema nocerent,

Iudicio tutus non semel esse tuo.

Ultima me perdunt: ^c imoq³ sub æquore mergit.

Incolumem toties una procella ratem.

Nec mihi pars nocuit de gurgite parva. sed omnes

Pressere hoc fluctus Oceanusq³ caput.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?

Cur ^d imprudenti cognita culpa mihi est?

Inscius Actæon vidit sine veste Dianam:

Præda fuit canibus non minus ille suis.

^e Scilicet in superis etiam fortuna luenda est:

Nec veniam, læso numine, casus habet.

Illâ nostra die, qua me malus abstulit error,

Parva quidem periit, sed sine labe, domus.

^f Sic quoq³ parva tamen, patrio dicatur ut ævo

Clara, nec ullius nobilitate minor.

Et neq³ divitiis, nec paupertate notanda est:

Unde ^g sit in neutrum conspiciendus eques.

Sit quoq³ nostra domus vel ^h censu parva, vel ortu

Ingenio certè non latet illa meo.

Quo videar, quanvis nimum juveniliter usus:

Grande tamen toto nomen ab orbe fero.

Turbaq³ doctorum Nasonem novit: & audet

Non fastiditis annumerare viris.

Corruit hæc igitur Musis accepta sub uno,

Sed non exiguo crimine lapsa domus.

Atq³

Atq; ea sic lapsa est, ut surgere, si modo laesi

^a Ematuruerit Caesaris ira, queat.

Cujus in eventu pœne clementia tanta est,

Ut fuerit nostro lenior ira metu.

Vita data est: ^b citraq; necem tua constitit ira:

O princeps parcè viribus use tuis.

Insuper accedunt, te non adimente, ^c paternæ

(Tanquam vita paruum muneris esset) opes.

Nec mea decreto damnasti facta Senatus,

Nec mea selecto iudice iussa fuga est.

^d Tristibus inuectus verbis (ita principe dignum)

Ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.

Adde, quod ^e edictum quavis immitte, minaxq;

Attamen in pœne nomine lene fuit.

Quippe relegatus, non exul dicor in illo,

^f Parcaq; fortunæ sunt tibi verba mea.

Nulla quidem sano gravior mentisq; potenti

Pœna est, quam tanto displicuisse viro.

Sed solet interdum fieri placabile numen:

^g Nube solet pulsa candidus ire dies.

Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,

Quæ fuerat sero fulmine tacta Iovis.

Ipsæ licet sperare vetes, sperabimus: atq;

Hoc unum fieri te prohibente potest.

Spes mihi magna subit, cum te, mitissime Caesar:

Spes mihi, respicio cum mea facta, cadit.

Ac veluti ventis agitantibus æquora, non est

Æqualis rabies, continuusq; furor:

Sed modo subsidunt, ^h intermissiq; silescunt,

Vimq; putes illos deposuisse suam:

6 4

^a Mora temporis emolita fuerit.

Metaph. à frugibus. Vide Gell. lib. 10. cap. 11.

^b Citra animadversionem in vitam & fortunas.

^c Salvis. n. bonis relegatus est, cum ceteri adempta bonorum parte relegarentur.

Idem lib. 5.

Trist. eleg. 3.

^d Tristitiam

afferentibus.

Metaleps.

^e Edicto enim

Augusti, non

judicio Senatus, judi-

cumque sententis, urbe

& Italia

summotus

est.

^f Parcis calamitati

meæ verbi

mitioris

usurpatione.

^g Versus pro-

verbialis si-

milis illi tri-

to, Post nubila

Phœbus.

^h Intermit-

tentes. Enala-

ge,

Sic

*Sic abeunt, redeuntq̄ mei, variantq̄ timores,
 Et spem placandi dantq̄, negantq̄ tui.*
*a Per superos igitur, qui dant tibi longa, dabuntq̄
 Tempora, Romanum si modò nomen amant :
 Per patriam, quæ te tuta & secura parente est :
 Cuius & in populo pars ego nuper eram :
 Sic tibi, quem semper factis animoq̄, mereris,
 Reddatur gratæ debitus urbis amor :
 Livia sic tecum sociales impleat annos :
 Quæ, nisi te, nullo conjuge digna fuit :
 Quæ si non esset, cœlebs te vita deceret,
 Nullaq̄, cui posses esse maritus, erat.
 Sospite sic te sit natus quoque sospes : & olim
 Imperium regat hoc cum seniore senex :
 Ut faciuntq̄ tui ^b sidus juvenile nepotes,
^c Per tua, perque tui facta parentis eant :
^d Sic assueta tuis semper victoria castris,
 Nunc quoque se præstet, notaq̄, signa petat :
^e Ausoniumq̄, ducem solitis circumvolet alis,
 Ponat & in nitida laurea ferta coma.
 Per quem bella geris : cuius nunc corpore pugnās
 Auspicium cui das grande, ^f Deosq̄ tuos :
^g Dimidioq̄, tui præsens, & respicis urbem :
 Dimidio procul es, sevaq̄, bella geris.
 Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste :
 Inque coronatus fulgeat altus equis :
 Parce precor : fulmenq̄ tuum ^h fera tela reconde :
 Heu nimium misero cognita tela mihi !
ⁱ Parce pater patriæ : nec nominis immemor huius,
 Olim placandi spem mihi ⁱ tolle tui.*

a Obtesta-
tio. *Ὀκλή.*

b Appositio.
nepotes tui,
qui sunt fid⁹
& splendor
juventutis
Romanæ.

c Insistant
avi & paren-
tis sui vesti-
giis, imitan-
do illorum
facta.

d *εἰδωλο-
ποιία.*

e Tiberium
sive Drusum
Tib. fratr.

f *ἐν παρα-
λήλῳ* ausp. &
deos nomi-
navit.

g Parte tui
dimidia.

h *σούθειος
ἐπεξηγητι-
κή.*

i Aufer, obli-
tus paterni
nominis.

NON.

Non precor ut redeam, quanvis majora petitis

Credibile est magnos saepe dedisse deos.

Mitius exilium si das propiusq; roganti:

Pars erit e poena magna levata mea.

Ultima perpetior, medios projectus in hostes:

Nec quisquam patria longius exul abest,

Solus ad^a egressus missus septemplicis Istri,

Parrhasiae gelido virginis axe premor.

Jazyges, & Colchi, Metereaq; turba Getaeq;

Danubii mediis vix prohibentur aquis.

Cumq; alii causa tibi sint graviore fugati:

^b Ulterior nulli, quam mihi, terra data est.

Longius hac nihil est, nisi tantum frigus & hostis,

Et maris astricto quae coit unda gelu.

^c Haec tenus Euxini pars est Romana sinistri:

Proxima Basternae, Sauromataeq; tenent.

Hac est Ausonio sub jure novissima: vixq;

Hesit in imperii^d margine terra tui.

Unde precor supplex, ut nos in tuta releges:

Ne sit cum patria pax quoq; adempta mihi,

Ne timeam gentes, quas non bene^e summovet Ister:

Neve tuus possim civis ab hoste capi.

Fas prohibet Latio quenquam de sanguine natum,

Cesaribus salvis barbara vincla pati.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen, & error:

Alterius facti culpa silenda mihi est.

Nam tanti non sum, renovem ut tua vulnera Ca-

quem nimio plus est indoluisse semel. (sar,

Alter pars superest: qua turpi crimine^f lectus,

Arguor obsceni doctor adulterii.

^a καθολαῖς,
quae sunt o-
stia septem
Danubii, per
quae in mare
exoneratur.

^b Ab urbe
remotior.

^c Huc usque
pertingit:
babet enim
significatio-
nem finis
seu termini,
Non.

^d Limite, fi-
nibus.

^e Arcet.

^f Libris meis
de arte le-
ctis. Meto-
nym.

^a Indigna
cognitione
tua.

^b Ironia.

^c Arma tra-
dendo. victū
se agnoscit.
^d M. Crasso
& Antonio
crepta.

^e Sub Augu-
sto enim flo-
ruit Roman.
imperium.

Fas ergo est aliqua caelestia pectora falli:
Et sunt notitia multa ^a minora tua.
Utq₃ deos caelumq₃ simul sublime tuenti,
Non vacat exiguis rebus adesse Iovi:
Ex te pendentem sic dum circumspicis orbem:
Effugiunt curas inferiora tuas.
^h Scilicet imperii princeps statione relicta,
Imparibus legeres carmina facta modis.
Non ea te moles Romani nominis urget:
Inq₃ tuis humeris tam leve fertur onus:
Lusibus ut possis advertere numen ineptis:
Excutiasq₃ oculis ocia nostra tuis.
Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda:
Rhetica nunc praebent, Thraciaq₃ arma metum.
Nunc petit Armenius pacem: nunc ^e porrigit arcus
Paribus eques, timida ^d captaq₃ signa manu.
Nunc te prole tua juvenem Germania sentit:
Bellaq₃ pro magno Cesare Caesar agit.
Deniq₃ ut in tanto, ^e quantum non extitit unquam,
Corpore pars nulla est, quae labet imperii.
Urbs quoq₃ te, & legum lassat tutela tuarum,
Et morum, similes quos cupis esse tuis.
Nec tibi contingunt, quae gentibus ocia praestas,
Bellaq₃ cum multis irrequieta geris.
Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum,
Unquam te nostros evoluisse jocos.
At si (quod mallet) vacuus fortasse fuisses,
Nullum legisses crimen in arte mea.
Illa quidem fateor frontis non esse severae
Scripta, nec à tanto principe digna legi:

Non

Non tamen iccirco legum contraria iussis
 Sunt ea, Romanas erudiuntq; nurus.
 Néve quibus scribam possis dubitare: libellus
 Quatuor hos versus e tribus unus habet.
 Este procul vittæ tennes, insigne pudoris,
 Quæq; tegis medios instita longa pedes.
 Nil, nisi legitimum, concessaq; furta, canemus:
 Inq; meo nullum carmine crimen erit.
 Ecquid ab hac omnes ^a rigidas summovimus arte,
 Quas stola ^b contingi vittaq; sumpta vetat?
 At matrona potest alienis artibus uti:
^c Quodq; trahat, quanvis non doceatur, habet.
 Nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni
 Ad delinquendum doctior esse potest.
 Quodcumq; attigerit (si qua est ^d studiosa sinistri)
 Ad vitium mores instruet inde suos.
 Sumserit annales (nihil est ^e hirsutius illis)
 Facta sit unde parens Ilia, nempe leget.
 Sumserit Æneadem ^f genitrix ubi prima requiret,
 Æneadam genitrix unde sit alma Venus.
 Persequar inferius (modo si licet ^g ordine ferri)
 Possè nocere animis carminis omne genus.
 Non tamen iccirco crimen liber omnis habebit:
 Nil prodest, quod non ledere possit idem.
 Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
 Cœperit, audaces instruit igne manus.
 Eripit interdum, modo dat medicina salutem:
 Quæq; juvet, monstrat, quæq; sit herba nocens.
 Et latro, & cautus præcingitur ense viator,
 Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

^a Frontis severæ, pudicas.

^b Violari, comprimi.

^c Vitiū quod ab aliis trahat. Cic. 2.

Philipp. aliquid enim salū ab uxore tua minima trahere potuisti.

^d Prociuis ad deteriora.

^e Severius, gravius. Metony.

^f Ubi de prima Æneadū genetrice traditur.

^g A majoribus ad minora pervenire.

Discitur.

- Discitur, innocuas ut agat ^a facundia causas :
- ^a Oratoria.
^b τὴν ἡτλῶ
λόγον ἀγεί-
τω ποιεῖ.
Aristot.
^c Lasciviae
libidinis.
^d Cum forū
propter lu-
dos gladi-
torios arena
consterni-
tur.
^e Ad delin-
quendum,
ad nequitiae
pravitatem.
^f Nutraverit:
Terent.
Andr. Quic-
quid peperisset
decreverunt
tollere. Vide
lib. 2. Me-
tam.
^g In aedem
Martis Ul-
toris, in cu-
jus aditu ab
utroque la-
tere Martis
& Veneris
statue erant.
Describit
hoc adulter.
Ovid. v. Fast.
Endymion,
^b Protegit hęc fontes, immeritosq; premit.
Sic igitur carmen, recta si mente legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.
Et quoddam vitii quicumq; hinc concipit, errat,
Et nimium scriptis arrogat ille meis.
Ut tamen hoc fatear, ludi quoq; semina præbent
^c Nequitie : tolli tota theatra jube,
Peccandi causam quàm multi sæpe dederunt,
^d Martia cùm durum sternit arena solum :
Tollatur Circus : non tuta licentia Circi est :
Hic sedet ignoto junctæ puella viro.
Cùm quædam spaciuntur in hac, ut amator eodem
Conveniat, quare porticus ulla patet ?
Quis locus est templis augustior ? hæc quoq; vitet,
^e In culpam si qua est ingeniosa suam.
Cùm steterit Jovis æde : Jovis succurret in æde,
Quàm multas matres fecerit ille Deus.
Proximia adoranti Junonis templa subibit
Pellicibus multis indoluisse Deam.
Pallade conspecta, natum de crimine virgo
^f Sustulerit, quare querit Erichthonium.
Venerit & in magni templum tua numina Martis :
Stat Venus ultori junctæ viro ante fores.
Isidis æde sedens, cur hanc Saturnia, quæret,
Egerit Ionio Bosphorioq; mari.
^g Venerem Anchises, in Lunam ^h Latmius heros,
In Cererem Iasius, qui referatur, erit,
qui in Larimo Cariae monte obdormivit, à Luna consopitus.
Cic. 1. Tusc.

Omnia

^a Omnia perversas possunt corrumpere mentes:

Stant tamen illa suis omnia tuta locis.

Et procul à scripta solis meretricibus arte,

Summovet ^d ingenuas pagina prima manus.

Quaecunq; erumpit, quàm non sinit ire sacerdos,

Protinus hæc vetiti criminis acta rea est.

Non tamen est facinus versus evolvere molles:

Multa licet castæ non facienda legant.

Sæpe ^e supercilii nudas matrona severi,

Et Veneris stantes ad genus omne, videt.

Corpora ^d Vestales oculi meretricis cernunt:

Nec ^e domino pœnæ res ea causa fuit.

At quare in nostra nimia est lascivia Musa?

Curve meus cuiquam suadet amare liber?

Nil nisi peccatum, manifesta q; culpa fatenda est:

Pœnitet ingenii, iudicii q; mei.

Cur non Argolicis potius quæ concidit armis,

^f Vexata est iterum carmine Troja meo?

Cur tacui Thebas? & mutua vulnera ^g fratrum.

Et septem portas sub duce quæq; suo?

Non mihi ^h materiam bellatrix Roma negabat:

Et pius est patriæ facta referre labor.

Deniq; cum meritis impleveris omnia Cæsar,

Pars mihi de multis una canenda fuit.

Utq; trahunt oculos radiantia lumina Solis:

Traxissent animum sic tua facta meum.

Arguor immerito: tenuis mihi campus aratur:

ⁱ Illud erat magna ^k fertilitatis opus.

Non ideo debet pelago se credere: si qua

Audeat exiguo ludere cymba lacu.

^a ὑνάμην δ' ἀπο-
φαυτικῆ.

^b Virgines &
matronas.

^e Gravis &
severa. Vice
adag. Attol-
lere super-
cil.

^d Virginum
Vestaliū.

Metonym.

^e Manganī
vel lenoni.

^f Afflicta, di-
ruta.

^g Eteoclis &
Polynicis,

qui mutuis
concederunt
vulneribus.

^h Argumen-
tum operis.

ⁱ Res gestas
Augusti car-
minib. man-
dare.

^k Ingenii
fertilis: ube-
ris ingenii:

ingenii di-
vitis, ut pau-
lò post.

Forsan

Deniq; composui teneros non solus amores:

Composito pœnas solus amore dedi.

Quid nisi cum multo Venerem confundere vino

Præcepit Lyrici ^a Teïa Musa senis?

Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas?

Tuta tamen Sappho, tutus & ille fuit.

Nec tibi ^b Battiade nocuit, quod sæpe legenti

Delicias versu fassus es ipse tuas.

Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri:

Et solet hic pueris virginibusq; legi.

Ilias ipsa quid est aliud, nisi adultera, de qua

Inter ^c amatorem pugna virumq; fuit?

Quid prius est illi flamma Chryseidos? aut quæ

Fecerit iratos ^d rapta puella duces?

Aut quid Odyssea est, nisi ^e femina propter amore,

Dum vir abest, multis una petita viris?

Quis nisi ^f Mæonides Venerem Martemq; ligatos

Narrat in obsceno corpora prensa toro?

Vnde, nisi indicio magni sciremus Homeri,

& Hospitis igne ^h duas incaluisse Deas?

Omne genus scripti gravitate Tragædia vincit:

Hæc quoq; materiam semper amoris habet.

Nam quid in ⁱ Hippolyto est, nisi cæcæ flamma no-

Nobilis est Canace ^k fratris amore sui. (vercæ?

Quid? non ^l Tantalides agitante Cupidine currus,

^m Piscæam Phrygiis vexit eburnus equis?

Tingeret ut ferrum natorum sanguine ⁿ mater,

Concitus à leso fecit amore dolor.

^o Fecit amor subitas volucres cum pellice regem:

Quæq; suum luget nunc quoq; mater Itym:

^a Anacreon-
tis Teii.

^b Apostro-
phe ad Cal-
limachum

Barti F. An-
tonom.

^c Paridem &
Menelaum.

^d Briseis, ob
quam abdu-
ctam inter
Agamemni.

& Achille si-
multas orta
est. *il. é,*

^e Penelope.

^f Home. idē
lib. 1. *Da mihi
Mæoniden.*

^g Ulyssis.

^h Calypso &
Circen.

ⁱ Tragædia
Hippol. Me-
tonym.

^k Macarei.

^l Pelops: de
quo Tibul.

Ex humero

*Pelopis non ni-
tuisset ebur:*

^m Hippoda-
miam Oeno-
mai Pifar.

regis F.

ⁿ Medea.

^o Terei fabu-
lam innuit:

de qua vide
vi. Metam.

Si

Si non Aërope^a frater sceleratus amasset,

Aversos^b Solis non legeremus equos.

^a Thyestes
Atrei frater.
^b Quasi refu-
gentis atro-
citatem illi
spectaculi.

Impia nec^c tragicos tetigisset Scylla cothurnos,

Ni patrium crimen defecisset amor.

^c Tragœdiæ
argumentū
præbisset.

Qui legis Electran, & egentem mentis Orestem,

Ægisti crimen^d Tyndaridosq; legis.

^d Clytemne-
stræ. Anto-
no.

Nam quid te tetrica referam^e domitore Chimææ?

Quem leto fallax hospita pœnè dedit?

^e Bellerophonte. Ho-
mer. Ili. 2.

Quid loquar Hermionem? quid te^f Cenciæ virgo?

Teq; Micenæo^g Phæbas amata duci?

^f Atalanta
Cenci, vel
(ut alii)
Schœnei F.

Quid Danaën^h? Danaïq; nurus,ⁱ matremq; Lyci,

Alcmenam,^k & noctes, quæ coiere, duas?

^g Cassandra
Phæbi sacer-
dos, quam
Agamemno
captivam
abduxit.

Quid^l generū Pelicæ? quid Thesea? quidve^m Pelasgū?

Iliacam tetigit qui rate primus humum?

^h Belidas,
ⁱ Semelen.

Huc Iole,ⁿ Pyrrhiq; parens, Huc Herculis uxor,

Huc accedat Hylas,^o Iliadesq; puer.

^k Ex duabus
enim nocti-
bus, vel (ut
alii) tribus,
una effecta
est, ut Alcu-
mena ex Jo-
ve. Hercu-
lem conci-
peret. Plaut.
Amphitr.

Tempore deficiam, tragicos si persequar Pignes:

Vixq; meus capiet nomina nuda liber.

Est & in obscænos deflexa Tragœdia risus:

Multaq;^q præteriti verba pudoris habet.

Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,

Infregisse suis fortia facta modis.

Junxit Aristides^r Milesia crimina secum,

Pulsus Aristides nec tamen urbe sua est.

^l Admet. qui Alcestia. uxor. habuit.

^m Thessal. h. e. Protefilaum.

ⁿ Deidamia Pyrr. mater.

^o Ganymedes Jovis amasius, sicut Hylas Herculis.

^p Amores in Tragœdiis descriptos.

^q Violati, sicut Græc. τὸ κτερεῖν usurpant.

^r Milesiorum delicias & luxum. Polit. 16. Miscell.

Nec, qui descripsit corrumpi ^a semina matrum,
Eubius impurae conditor historiae.

Nec, ^b qui composuit nuper Sybaritida, fugit:

Nec, qui concubitus non tacuere suos.

Suntque ea doctorum monumentis mista virorum,

Muneribusque ducum publica facta patent,

Nec peregrinis tantum defendat ab armis:

Et ^c Romanus habet multa jocosa liber.

Utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore,

Ennius ingenio maximus, arte rudis:

Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,

Casurumque ^d triplex vaticinatur opus.

Sic sua lascivo cantata est saepe Catullo

Femina, cui ^e falsum Lesbia nomen erat:

Nec contentus ea, multos vulgavit amores,

In quibus ipse suum fassus adulterium est.

Par fuit ^f exigui similisque licentia Calvi,

Detexit variis qui sua facta modis.

Quid referam Ticide? quid Memmi carmen? apud

Rebus adest nomen, nominibusque pudor. (quos

Cinna quoque his comes est: Cinnaque procacior Anser,

Et ^g leve Cornifici, parque ^h Catonis opus.

Et quorum libris modo dissimulata ⁱ Perilla,

Nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo.

Is quoque ^k Phasiacas Argo qui duxit in undas,

Non potuit Veneris furta tacere sua.

^b Valer. Catonis Lydia. Idem scripsit Diras, quas aliqui Virgilio tribuerunt.

ⁱ Perillam Ticide, qui de ea Elegias composuit, dissimulato nomine Metellum appellavit.

^k Varro Atacius, qui Argonautica scripsit. Propert. lib. 2. eleg. ult.

^a Fetus conceptos.

^b Hemitheo Sybariticas nequitas composuit.

Polit. 15.

^c Romanorum poetarum libri.

Synecd.

^d Terram, mare, ac caelum.

Lucret. lib. v. tria

talia texta

Vna dies dabit exitio.

^e Verum enim nomen erat Clodia.

^f Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

^g Molle & lascivum.

^h Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

ⁱ Molle & lascivum.

^k Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

^l Molle & lascivum.

^m Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

ⁿ Molle & lascivum.

^o Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

^p Molle & lascivum.

^q Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

^r Molle & lascivum.

^s Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

^t Molle & lascivum.

^u Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

^v Molle & lascivum.

^w Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

^x Molle & lascivum.

^y Calvum fuisse exiguum etiam Seneca & Catull. testantur: quorum hic salaputium eum propterea nominat.

^z Molle & lascivum.

Nec minus ^a Hortēsi, nec sunt min⁹ improba ^b Servi

Carmina: quis dubitet nomina tanta sequi?

Vertit ^c Aristiden Sisenna: nec obfuit illi

Historiae turpes inseruisse jocos.

Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo:

Sed linguam nimio non tenuisse mero.

^d Credere juranti durum putat esse Tibullus,

Hoc etiam de se quod neget illa viro.

Fallere custodem demum docuisse fatetur:

Seq³ sua miserum nunc ait arte premi.

Saepe velut gemmam domina signumq³ probaret,

Per causam meminuit se tetigisse manum.

Utq³ refert, digitis saepe est nutuq³ locutus:

Et ^e tacitam mensae duxit in orbe notam.

Et quibus ē succis abeat de corpore livor,

Impresso fieri qui solet ore, docet.

Deniq³ ab incauto nimium petit ille marito,

Se quoq³ uti servet, peccet ut illa minus.

Scit cui latretur, cum solus obambulet ipse,

Cui toties clausas excreet ante fores.

Multaq³ dat furti talis praecepta, docetq³

Qua nuptae possint fallere ab arte viros.

Nec fuit hoc illi ^f fraudi: legiturq³ Tibullus,

Et placet: Et jam te principe notus erat.

Invenies eadem blandi praecepta Properti:

§ Districtus minima nec tamen ille nota est.

His ego successi: quoniam praestantia candor

^h Nomina vivorum dissimulare jubet.

Non timui, (fateor) ne, quae tot jere carinae,

Naufraga servatis omnibus una foret.

^a Hortensii
meminit
Gel. lib. 19.
cap. 9. Et Ca-
tull. Millia
quum in-
serca quin-
genta Hor-
tensius.

^b Serv. Sul-
pitii.

^c Aristidae
Milesiaca,
de quibus
Plutarch.

Crasso. Po-
lit. 16. Miscel.

^d Vide Ti-
bull. lib. 1.

Eleg. cujus
initium est,
Semper ut ind.

^e Nævio est
dare digito

litteras. Pro-
pert. Aut

mea cum di-
gitis scripta

glenda notas.

Detrimen-
to, damno.

^b Notatus
ignominia.

^a Parcere
nominib. vi-
rorum pra-

stantium su-
perstitum.

Sunt aliis scriptæ, quibus alea luditur, artes:

Hæc est ad nostros non leve crimen avos:

Quid valeant tali, quo possis plurima jactu

Fingere, ^a damnosos effugasq; canes.

Tessera quos habeat numeros; distante vocato,

Mittere quo deceat, quo dare missa modo.

Discolor ut recto grassetur limite miles,

Cum medius gemino calculus hoste perit:

Ut magis velle sequi sciat, & revocare priorem:

Nec tutò fugiens in comitatus eat.

Parva sedet ternis instructa tabella lapillis:

In qua vicisse est continuasse suos.

Quiq; alii lusus (neq; enim nunc persequar omnes)

Perdere ^b rem caram tempora nostra solent.

Ecce canit formas alius, jactusq; pilarum:

Hic artem nandi præcipit, ille trochi.

Composita est aliis fuscandi cura coloris:

Hic epulis leges, hospitioq; dedit.

Alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat,

Quæq; docet liquido testa sit apta mero.

Talia luduntur fumoso ^c mense Decembri,

Quæ damno nulli composuisse fuit.

His ego deceptus, non tristia carmina feci:

Sed tristis nostros pœna secuta jocos.

Deniq; non video de tot scribentibus unum,

Quem sua perdidit Musa; repertus ego.

Quid si scripsissem mimos obscœna jocantes,

Qui semper veriti crimen amoris habent?

In quibus assidue cultus procedit adulter,

Verbaq; dat stulto callida nupta viro.

^a Imitatione
Propert.
Semper dam-
nosos subfluere
canes.

^b προγορευ-
τατον ἀνέ-
λαμα, se-
cundum
Theophr.

^c Saturnalis
bus.

d 2

Nubi-

Nubilis hæc virgo, matrona q̄, vir q̄, puer q̄
Spectat: & ex magna parte senatus adest.

Nec satis incestis temerari vocibus aures:

Assuescunt oculi multa ^a pudenda pati.

Cum q̄ sefellit amans aliqua novitate maritum:

Plauditur, & magno palma favore datur.

Quo q̄ minas prodest, ^b pœna est lucrosa poëta:

Tanta q̄ non parvo crimina prætor emit.

Inspice ludorum sumtus Auguste tuorum,

Emta tibi magno talia multa leges.

Hæc tu spectasti, spectanda q̄, sæpe dedisti:

Majestas adeo comis ubi q̄, tua est.

^d Proscenia. Luminibus q̄, tuis, totus quibus utitur orbis,

^c Scenica vidisti lætus adulteria.

Scribere si fas est imitantes turpia mimos:

Materie minor est debita pœna mee.

^{*} Propert. An genus hoc scripti faciunt sua ^d pulpita tutum?

Non istis olim variabant lecta figuris,
Quo q̄ libet mimis, scena licere dedi?

Cum paries Et mea sunt populo saltata poemata sæpe:

nullo crimine pictus erat. Sæpe oculos etiam detinuere tuos.

^e Ajax Telamonis F. ^{*} Scilicet in domibus vestris ut prisca virorum

f Medea. Artifici fulgent corpora picta manu:

g Venerem Sic, quæ concubitus varios, Veneris q̄, figuras

innuit exeuntem è mari, Exprimat, est aliquo parva tabella loco:

pictam ab Appelle. Plinij lib. 35. cap. 10. Ut q̄ sedet vultu fassus ^c Telamonius iram,

Vide & Anthol. epigr. In q̄ oculis facinus ^f barbara mater habet:

ib. 4. cap. 12. Sic madidos digitis siccatur ^g Venus uda capillos:

Et modò maternis tecta videtur aquis.

Bella sonant alii telis instructa cruentis:

Pars q̄, tui generis, pars tua facta canit.

Invidæ

^a Obscœna.

^b Cum pœna afficiendus esset propter obscœnitatē poëta, etiam rēm ex illa facit;

^c Quæ à mimographis in scena representantur.

^d Proscenia.

^{*} Propert. Non istis olim variabant lecta figuris, Cum paries nullo crimine pictus erat.

^e Ajax Telamonis F.

^f Medea.

^g Venerem

innuit exeuntem è mari,

pictam ab Appelle.

Plinij lib. 35. cap. 10.

Vide & Anthol. epigr.

ib. 4. cap. 12.

Invida me spacio natura coërcuit arcto :
 Ingenio vires exiguasq; dedit.
 Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor
 Contulit in Tyrios^a arma virumq; toros.
 Nec legitur pars illa magis de corpore toto,
^b Quàm non legitimo fœdere junctus amor.
 Phyllidis hic idem, tenerosq; Amaryllidis ignes
 Bucolicis juvenis luserat antè modis.
 Nos queq; iam pridem scripto peccavimus isto :
 Supplicium patitur non nova culpa novum.
 Carminaq; edideram : cum te^c delicta notantem
 Præterit toties irrequietus eques.
 Ergo quæ juveni mihi non nocitura putavi
 Scripta parum prudens : nunc nocuere seni.
 Sera redundavit veteris vindicta libelli :
 Distat & à^d meriti tempore pœna sui.
 Ne tamen omne meum credas onus esse^e remissum,
^f Sæpe dedi nostræ grandia vela rati,
 Sex ego Fastorum scripsi totidemq; libellos,
 Cumq; suo finem mense volumen habet.
 Idq; tuo nuper scriptum sub nomine Casar,
 Et tibi^g sacratum fors mea rapit opus.
 Et dedimus Tragicis scriptum regale cothurnis :
 Quæq; gravis debet verba^h cothurnus habet.
 Dictaq; sunt nobis, I quanvis manus ultima cœpto
 Defuit, ^k in facies corpora versa novas.
 Atq; utinam revoces animum paulisper ab ira,
 Et vacuo jubeas hinc tibi pauca legi :
 Pauca, quibus prima surgens ab origine mundi
 In tua deduxi tempora Casar opus ;

^a Hinc quidē
 suspicantur
 princip. Æ-
 neidos esse :

Arma vi-
 rumq; cano.

^b Quā amo-
 res Æneæ &
 Didonis.

^c Censorem.

^d Culpæ.

^e Solutum,
 lascivum.

^f Allegoricè
 graviora in-
 dicat opera.

Prop. lib. 3.

Non sunt apta
 mea grandia
 vela rati.

^g Consecra-
 tum, dedica-
 tum.

^h Tragœdia.
 Metonym.

Virgil. Sopho-
 cleo tua car-
 mina digna
 cothurno.

ⁱ Licet non
 imposuerim
 operi illi
 summam
 manum.

Vide adag.

Summ. man.
 addere

^k Metamor-
 phoses.

Aspiceres quantum^a dederis mihi pectoris ipse:

Quoq³ favore animi teq³ tuosq³ canam.

^a Idem r.
Fast, Da mihi
de placidum
dederis in car-
mina vires.

Non ego mordaci distinxim carmine quenquam:

Nec meus ullius crimina versus habet.

& Jocis ama-
rulentis &
elicacibus.

Candidus à^h salibus suffusus felle refugit:

Nulla venenato littera mista joco est.

• Nostrorum
carminum.

Inter tot populi, tot^c scripti millia nostri,

Quem mea Calliope læserit, unus ero.

Enallage
num.

Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem

Auguror, at multos indoluisse, malis.

Nec mihi credibile est quenquam insultare jacenti.

Gratia candori si qua relicta meo est.

His, precor, atq³ altis possint tua numina flecti,

O pater, ô patriæ cura salusq³ tue.

^d Placatus,
ira exatiata
longo tem-
pore.

Non ut in Ausoniam redeam: nisi forsitan olim.

Cùm longo pœnæ tempore^d victus eris.

Tutius exilium, pauloq³ quietius oro,

Ut par delicto sit mea pœna suo.

P. OVIDII NASO-
NIS TRISTIUM.

Liber tertius.

ELEGIA I.

Liber lectorem alloquitur κατὰ προσωπο-
ποιίαν ἢ εἰδωλοποιίαν.

Missus in hanc venio timidè lieber exulis urbē:
Da placidam fesso, lector amice, manum.

Nève

Nève reformida, ne sim tibi fortè pudori:

Nullus in hac charta versus amare docet.

Nec domini fortuna mei est, ut debeat illam

Infelix ullis dissimulare jocis.

Id quoq³, quod ^a viridi quondam malè lusit in ævo, ^a ætate ju-

(Heu nimium serò) damnat & odit opus.

venali.

Inspice quid portem: nil hîc nisi triste videbis,

Carminè temporibus conveniente suis.

Clauda quòd alterno subsidunt carmina versu,

Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.

Quòd neq³ sum cedro flavus, nec ^b pumice levis:

^c Erubui domino cultior esse meo.

^b Catull. *Arida modò pumice expolium,*

Littera suffusas quòd habet maculosa lituras:

Lesit opus lacrymis ipse poëta suum.

^c Puduit me cultiorem prodire auctore.

Si qua videbuntur casu non dicta Latine,

In qua scribebat, barbara terra fuit.

Dicite lectores, si non grave, qua sit eundem,

Quasq³ petam sedes hospes in urbe liber,

Hæc ubi sum furtim lingua ^d titubante locutus,

Qui mihi monstraret, vix fuit unus, iter.

^d *Hæsitante,*

Dû tibi dent, nostro quod non tribuere poëta,

Mollior in patria vivere posse tua.

Duc age: namq³ sequar: quanvis terraq³ mariq³

Longinquo referam lassus ab orbe pedem.

Paruit: & ducens, Hæc sunt fora Cesaris, inquit:

^e Hæc est à sacris quæ via nomen habet.

^e Via sacra inter urbanas celeberrima.

Hic locus est Vestæ, qui Pallada servat, & ignem:

Hæc fuit antiqui regia parva Numæ.

Inde petens dextram, porta est, ait, ista Palati:

Hic ^f sator, hoc primum condita Roma loco est.

^f Romulus habitavit.

d 4

Singula

Singula dum miror, video fulgentibus armis

Conspicuos postes, tecta q̄ digna Deo.

Et ^a Jovis hæc, dixi, domus est: quod ut esse putarem,

Augurium menti ^b querna corona dabat.

Cujus ut accepi dominum, Non fallimur, inquam:

Et magni verum est hanc Jovis esse domum.

Cur tamen apposita velatur janua ^c lauro?

Cingit & angustas arbor opaca fores?

An quia perpetuos meruit domus ista triumphos?

An quia ^d Leucadio semper amata Deo est?

Ipsane quod festa est? an quod facit omnia festa?

Quam tribuit terris, pacis an ista nota est?

Utq̄ viret laurus semper, nec fronde caduca

Carpitur: aeternum sic habet illa decus.

Causa superpositæ scripto testante coronæ

^e Servatos cives indicat hujus ope.

Adjice servatis unum pater optime civem,

Qui procul extremo pulsus in orbe latet.

In quo pœnarum, quas se meruisse fatetur,

Non facinus causam, sed suus error habet.

Me miserum, vereorq̄ locum, vereorq̄ potentem,

Et quatitur trepido littera nostra metu,

Aspicis ex angui chartam pallere colore?

Aspicis alternos intremuisse pedes?

Quandocunq̄ precor nostro placata parenti,

Iisdem sub dominis aspiciare domus.

Inde timore pari gradibus sublimia celsis,

^f Ducor ad intensi candida templa Dei.

Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis,

Belides, & stricto barbarus ense patet.

^a Augusti,
quæ fuit in
Palatio:

quam Virgil.
quoq; descri-
bit in VII.

^b Corona è
quercu, quæ
arbor in Jo-
vis tutela
est.

^c Vide Plin.
lib. 15. cap.
ult.

^d Apollini.

^e Coronis ci-
vicis aut
querceis in
aliquot nu-
mis Impp.
additur: *Ob-
serves serva-
tos.*

^f Porticum

Apoll. cujus

meminit

Propert. lib.

2. eleg. *Quæ-*

vis cur ven.

Quæq̄

b Quaeq; viri docto veteres fecere noviq;
 Pectore, lecturis inspicienda patent.
 Querebam fratres, exceptis scilicet illis,
 d Quos suus optaret non genuisse pater.
 Querentem frustra custos e^c sedibus illis
 Praepositus sancto jussit abire loco.
 d Altera templa peto vicino juncta theatro:
 Hec quoq; erant pedibus non adeunda meis.
 Nec me, qua doctis patuerunt prima libellis
 Atria, libertas tangere passa sua est.
 c In genus auctoris miseri fortuna redundat:
 Et patimur nati, quam tulit ipse, fugam.
 Forsitan & nobis olim minus asper, & f illi
 Evictus longo tempore Caesar erit. (est)
 Dii, precor, atq; adeo (neq; n. mihi turba roganda
 Caesar & ades voto, maxime dive, meo
 Interea statio quoniam mihi publica clausa est,
 Privato liceat delituisse loco,
 Vos quoq; si fas est, confusa pudore repulsa
 Sumite plebeiae carmina nostra manus.

ELEGIA II.

Queritur se in exilium missum.

E Rgo erat in fatis Scythiam quoq; visere nostris?
 Quaeq; h^h Lycaonio terra sub axe jacet?
 Nec vos Pierides, nec stirps iⁱ Latonia vestro
 Docta sacerdoti turba tulistis opem!

d s

Nec

a Bibliothecam Augusti innuit.

b Libros de arte innuit.

c Palatinis Augusti adibus.

d Veneris Victricis templum vicinum Pompeii theatro.

e In libros, quos etiam natos appellat simili metaphora.

f Auctori, sive parenti nostro.

g Passim & vulgo Deos orabant, ut adessent.

Virgil. Adsis letitia Bacchus dator.

Hæc elegia in m. sc. cum superiore cohæret.

b Sub Arcto seu plaga Septentrionali.

i Apollinis Periphr.

^a Quod mihi
vere objici
possit.

Nec mihi, quod lusi^a vero sine crimine, prodest,
Quodq; magis vita Musa jocosa mea est!
Plurima sed pelago terraq; perilula passum
Ustus ab assiduo frigore Pontus habet,
Quiq; fugax rerum, securaq; in ocia natus,
Mollis, & impatiens ante laboris eram:

^b Importunus,
ἀλιπε-
ροε

Ultima nunc patior: nec me mare^b portubus or-
Perdere, diversae nec potuere viae. (bum

Suffecitq; malis animus, nam corpus ab illo
Accepit vires, vixq; ferenda tulit.

Dum tamen & ventis dubius jactabar, & undis:
Fallebat curas aegraq; corda labor.

Ut via finita est, & opus requievit eundi:

Et^c poenae tellus est mihi tacta meae:

^e Exilii: in-
dicat autem
Tomos.

Nil nisi flere libet: nec nostro parcior imber

Lumine, quam verna de nive manat aqua.

Roma, domusq; subit, desideriumq; locorum,

Quicquid & amissa restat in urbe mei.

Hei mihi, quod toties nostri pulsata sepulcri

Janua, sed nullo tempore aperta fuit.

Cur ego tot gladios fugi? totiesq; minata

Obruit infelix nulla procella caput?

Dii, quos experior nimium constanter iniquos:

Participes irae quos Deus unus habet:

Extimulate, precor, cessantia fata: meiq;

^d Mortis ja-
nuam.

^d Interitus clausas esse vetate fores.

E L E G I A III.

Ad uxorem, quod aeger fuerit.

Hec

HÆc mea, si casu miraris, epistola quare
 Alterius digitis scripta sit: aeger eram,
 Aeger in extremis ignoti partibus orbis,
 Incertusq; mea penè salutis eram.

Quem mihi nunc animum dira regione jacenti
 Inter Sauromatas esse Getasq; putas?

Nec cœlum patior, nec aquis assuevimus istis:

Terraq; nescio quo non placet ipsa modo.

Non domus apta satis. non hîc cibus utilis agro:

Nullus, ^a Apollinea qui levet arte malum.

Non, qui soletur; non, qui labentia tarde

Tempora narrando fallat, amicus adest.

Lassus in extremis jaceo populisq; locisq;:

Et subit ^b affecto nunc mihi quicquid abest.

Omnia cum subeant, vincis tamen omnia conjux:

Et plus in nostro pectore cara tenes.

Te loquor absentem: te vox mea nominat unam:

Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.

Quinetiam sic me dicunt aliena locutum,

Ut foret ^c amentis nomen in ore tuum.

Si jam deficiam, ^d suppressaq; lingua palato

Vix instillato restituenda mero:

Nunciet huc aliquis dominam venisse, resurgam:

Spesq; tui, nobis causa vigoris erit.

Ergo ego sum vitæ dubius, tu forsitan istis

Jucundum, nostri nescia, tempus agis.

Non agis, affirmo: liquet hoc, carissima, nobis.

Tempus agi sine me non nisi triste tibi.

Si tamen implevit mea fors, quos debuit, annos:

Et mihi vivendi tam cito finis adest:

Quam

^a Medica
 ἰσοχία.

^b Egrotan-
 ti.

^c Delirantis;
 παραφρο-
 νῆντι.
^d Propter a-
 nimi deli-
 quium, quo
 totum cor-
 pus quasi
 enervatum
 jacet.

Quantum erat ô magni perituro parcere divi:
 Ut saltem patria contumularer humo!

Vel pœna in mortis tempus dilata fuisset:

Vel ^a præcepisset mors properata fugam.

^a Antever-

tisset exiliū.

^b Incolumis,

nondū mul-

tatus exilio,

^c Conditio-

ne loci,

quod in Scy-

thia procul

à patria mi-

hi morien-

dum sit.

^d Ultima

conclama-

tionē.

^b Integer hanc potui nuper bene reddere vitam:

Exul ut occiderem, nunc mihi vita data est.

Tam procul ignotis igitur moriemur in oris:

Et fient ipso tristia fata ^c loco?

Nec mea consueto langvescent corpora lecto?

Depositum nec me qui fleat ullus erit?

Nec domina lacrymis in nostra cadentibus ora

Accedent animæ tempora parva meæ?

Nec mandata dabo? nec cum ^d clamore supremo

Languentes oculos claudet amica manus?

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri

^e Indeploratum barbara terra teget?

^e Nō defletū

ὡς ἄλλοτε.

Hom.

Ecquid ubi audieris tota turbabere mente?

Et feries pavida pectora fida manu?

Ecquid in has frustra tendens tua brachia partes

Clamabis miseri nomen inane viri?

Parce tamen lacerare genas: nec scinde capillos:

Non tibi nunc primū, lux mea, raptus ero.

Cum patriam amisi, tunc me periisse putato:

Et prior, & gravior, mors fuit illa mihi.

Nunc, si forte potes, sed non potes, optima conjux,

Finitis gaude tot mihi morte malis.

Quod potes, extenua forti mala corde ferendo:

Ad quæ jam pridem non ^f rude pectus habes.

Atq; utinam pereant animæ cum corpore nostræ,

Effugiatq; avidos pars mihi nulla rogos.

^f Inexper-

tum.]

Nam

Nam si morte carens vacuas volat altus in auras

Spiritus, & ^a Samii sunt rata dicta senis :

Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras,

^b Perq; feros manes hospita semper erit.

Ossa tamen facito parva referantur in urna :

Sic ego non etiam mortuus exul ero.

Non vetar hoc quisquam, ^c fratrem Thebana per-

Supposuit tumulo, rege vetante, soror. (emtum

Atq; ea cum foliis, & amomi pulvere misce,

Inq; suburbano condita pone solo.

Quosq; legat versus oculo properante viator,

Grandibus in tumuli marmore cade notis.

Hic ego qui jaceo tenerorum lusor amorum,

Ingenio perii Naso poeta meo.

At tibi, qui transis, ne sit grave, quisquis amasti,

Dicere : Nasonis ^d molliter ossa cubent.

Hoc satis in tumulo est : etenim majora libelli,

Et diuturnæ magis sunt monumenta mei.

Quos ego confido, quamvis nocuere, daturus

Nomen & auctori tempora longa suo.

Tu tamen extincto feralia munera ferto,

Deq; tuis lacrymis humidaserta dato.

Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis,

Sentiet officium mœsta favilla pium.

Scribere plura libet : sed vox mihi fessa loquendo

Dictandi vires, siccaq; lingua, negat.

Accipe supremo dictum mihi forsitan ore,

Quod, tibi qui mittit, non habet ille, vale.

^a Pythagoræ

ΜΕΤΑΨΥ-

ΧΩΣΙΣ.

^b Inter ani-

mas feras

Sauromata-

rum,

^c Ereoclem

Antigone

foror sepeli-

vit, prohi-

bete Creon-

te Theba-

rum rege.

Vide So-

phocl. Anti-

gon.

^d Precaban-

tur .n. de-

functis, ut

placide qui-

escerent, &

ut molliter

jacerent.

Virg. O mihi

tum quam

molliter ossa

quiescant.

ELE-

a Postquam
fortuna mea
inclinata

est. Metaph.
ab ædificiis.

b Platoni est

πῶς ἐαυτῶ

πρὸς πλῆν.

Vide Steph.
Schedias.

lib. I. cap. II.

Jubetur au-

tem sua me-

diocritate

esse conten-

tus.

c Vide adag.

πυρρὸν Διὸς, τὸ

καὶ κεραυνῶν.

d ἐπὶ παναδί-

πλωσις κατ'

ἐπιμονῆν.

e Virg. Vela q̄

longarum de-

mittimus an-

tennarum.

f Dum for-

tunæ meæ

mediocrita-

te conten-

tus essem.

Allegoria.

g Nullum

fensi rebus

meis incom-

Ad amicum, ut magnorum virorum con-
suetudinem fugiat.

O Mibi care quidem semper, sed tempore duro
Cognite: ^a res postquam procubuere meæ.
Usibus edocto si quicquam credis amico:

^b Vive tibi, & ^c longè nomina magna fuge.

^d Vive tibi: quantumq̄ potes, prælustria vita,

Sævum prælustri fulmen ab arce venit,

Nam, quanquam soli possint prodesse potentes,

Non profit, potius si quis obesse potest.

Effugit hybernas ^e demissa antenna procellas:

Lataq̄ plus parvis vela timoris habent.

Aspicis ut summa cortex levis innatet unda,

Cùm grave nexa simul retia mergat onus?

Hæc ego si monitor monitus prius ipse fuisset,

In qua debebam forsitan urbe forem.

Dum tecum vixi: ^f dum me levis aura ferebat?

^g Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas.

Qui cadit in plano, ^h vix hoc tamen evenit ipsum

Sic cadit, ut tacta surgere possit humo.

At miser ⁱ Elpenor tecto delapsus ab alto,

Occurrit ^k regi flebilis umbra suo.

Quid fuit, ut tutas agitaret ^l Dædalus alas:

Itarus immensas nomine signet aquas?

^h Correctio, quia raro in loco plano homines cadunt.

ⁱ Elpenor ebrius periit. ὀδύσ. κ'.

^k Ulyssi apud inferos ὀδ. λ'.

^l Vide VIII. Metamorph. & II. de arte.

Nempe

Nempe quod hinc altè, demissus at ille volabat :

Nam pennas ambo non habuere ^a suas.

Crede mihi, ^b benè qui latuit, ^c bene vixit : & in-

Fortunam debet quisq; manere suam.

Non foret ^d Eumedes orbis, si filius ejus

Stultus Achilleos non adamasset equos.

Nec natum in flamma vidisset, ^e in arbore natus.

^f Cepisset genitor si Phaëthonta Merops.

Tu quoq; formida nimium sublimia semper :

^g Propositiq; memor contrahere vela tui.

Nam pede inoffenso spacium procurrere vitæ

Dignus es : & fato ^h candidiore frui.

Quæ pro te ut voveam, ⁱ miti pietate mereris,

Hæsurag; ^k mihi tempus in omne fide.

^l Vide ego te tali vultu mea fata gementem,

Qualem credibile est ore fuisse meo.

Nostra tuas vidi lacrymas super ora cadentes ;

Tempore quas uno fidaq; verba ^m bibi.

Nunc quoq; ⁿ summotum ^o studio defendis amicū,

Et mala vix ulla parte levanda levas.

Vive ^p sine invidia : ^q mollesq; inglorius annos

Exige : amicitias & tibi junge pares.

Nasonisq; tui, quod adhuc ^r non exulat, unum

Nomen ama; Scythicus cetera pontus habet.

ⁱ Ab effectu, quia homines mites facit.

^k In animo meo. ^l *παύω* ab attestazione rei visa.

^m Aurib. hausi. Metaph. Prop. *συσπένσις* auribus ista bibam.

ⁿ Relegatum. ^o Studiosè *ἀντιμέροα*.

^p Sine ambitione & splendore vitæ, quem sequitur invidia. Conf. pro anteced.

^q Juveniles : atque ideo flexibiles.

^r Propter claritatem & memoriam.

^a Alas prop.
Horat. Pennæ
non homini
datæ.

^b Vide Pluta.
ἀπὸ θεοῦ ποτε.
Hor. Nec vi-
xi male, quæ
natus mori-
ensq; sefellit.

^c Beate. Hō.
ὄδ. ε. ὁ
ζῶσι. Et

ἀζῶσι pro
beatitudine.

^d Eum. præ-
co Dolonis
pater. Hom.
Ili. *κ*. Vir-
gil. XII.

^e In populis,
in quas con-
versa sunt. 2.
Metamorph.

^f Si Meropē
genitorem
agnovisset
Phaëthon.

^g Moderare
nimie cupi-
ditati.

^h Prosperio-
re quam
ego fruor.

- Proxima sideribus tellus Erymanthidos ursæ
 Me tenet, astricto terra perusta gelu.*
- a Bosporus & Tanais superant, Scythiaq; paludes,
 Vixq; satis noti nomina pauca loci.
 Ulterius nihil est, nisi non habitabile frigus.
 Heu quàm vicina est ^b ultima terra mihi!
 At longe patria est: longe est carissima conjux:
 Quicquid & hac nobis post duo ^c dulce fuit.
 Sic tamen hac absunt, ut, quæ contingere non ^d est
 Corpore, sint animo cuncta videnda meo.
 Ante oculos ^e errat domus, urbs, & forma locorum;
^f Succeduntq; suis singula facta locis.
 Conjugis ante oculos, sicut presentis, imago est:
 Illa meos casus ingravat, illa levat. (amorem,
^g Ingravat ^h hoc, quod abest: levat hoc, quod prestat
ⁱ Impositumq; sibi firma tuetur onus.
 Vos quoq; pectoribus nostris heretis amici:
 Dicere quos cupio nomine quenq; suo:
 Sed timor ^k officium cautus compescit: & ipsos
 In nostro poni carmine nolite puto.
 Ante volebatis: gratiq; erat instar honoris,
 Versibus in nostris nomina vestra legi.
 Quod quoniã est ^l anceps, intra mea pectora quen-
 Alloquar: & nulli causa timoris ero. (que
 Nec meus ^m iudicio latitantes versus amicos
ⁿ Protrahet: occultè, si quis amavit, amet.
 Scite tamen, quanvis longa regione remotus
 Absim, vos animo semper adesse meo.
^m Proditione. ⁿ Quasi è latibulis expel-
 let. Metaph. à Iultris ferarum.*

^a Vide Me-
 ram. lib. 1.
 cap. 1.
^b Finis con-
 tinentis.
^c & à
 loco.
^d Lætitia vo-
 luptatem
 attulit.
^e Licet, Græ-
 ca consue-
 tud.
^f Obversa-
 tur.
^g In mentem
 venit quid
 quoque lo-
 co gestum
 sit aut gera-
 tur.
^h *ἐπιβάδος*
 seu repetitio
 per distin-
 ctionem.
ⁱ In hoc: vel,
 hac re.
^j Constante-
 r tuctur offi-
 cium.
^k Animi
 grati me-
 moriam:
 celebrando
 nomina ve-
 stra.
^l Dubiũ est,
 plusne gra-
 tum vobis
 quàm adver-
 sum facturus
 sim.

Et quâ quisq₃ potest, oro, mala nostra levate:
 Fidam projecto neve negante^a manum.
 Prospera sic vobis maneat fortuna, nec unquam
^b Contacti simili sorte rogetis idem.

ELEGIA V.

Ad Carum.

Usus^c amicitiae tecum mihi parvus, ut illam
^d Non agre possis dissimulare, fuit:
 Ni me complexus^e vinculis propioribus esses,
^f Nave mea vento forsaneunte suo.
 Ut cecidi, cunctiq₃ meam fugere ruinam,
 Versaq₃ amicitiae terga dedere meae:
 Ausus es^h igne Jovis percussum tangere corpus,
 Et deplorata limen adire domus,
 Idq₃^h recens praestas, nec longo cognitus usu,
ⁱ Quod veterum misero vix duo tresve mihi.
 Vide ego confusos vultus: ^k visosq₃ notavi,
 Osq₃ madens fletu, pallidiusq₃ meo.
 Et lacrymas cernens in singula verba cadentes,
 Ore meo lacrymas, auribus illa bibi.
 Brachiaq₃ excepi presso pendentia collo,
 Et^l singultantis oscula mista sonis.
 Sum quoq₃ Care, tuis defensus viribus absens:
 Scis Carum veri nominis esse loco.
 Multaq₃ praeterea manifesti signa favoris
 Pectoribus^m teneo non abitura meis.

^a Auxilium.
 Graeci ἐν τῇ
 ἀνψῆ dicunt,
 cum manu
 porrecta ali-
 quis suble-
 vatur.

^b Afflicti si-
 mili fortu-
 na, conflictati
 pari cala-
 mitate.

^c Amicitia.

Periphr.

^d Facile. Iso-
 dynamia.

^e Arctiore
 amicitia.

^f Dum pro-
 spera uterer
 fortuna. Al-
 legor.

^g Fulmine.

^h Nuper mi-
 hi cognitus.

ⁱ Vix unus &
 alt. ex veter-
 ribus amicis
 praestiterunt.

^k κλίμαξ.

^l Singultum
 edentis: vel
 singultum e-
 dentibus, si
 legas singul-
 tatis.

^m Recordor.

A corpore
 ad animum.

Dii tibi posse tuos tribuant defendere semper :

^a *Causa. Species pro gener.*

Quos in ^a materia prosperiore iuves.

^b *Iratum Caesarem.*

Si tamen interea, quid in his ego perditus oris,

^c *Qua vales dicendi facultate.*

(Quod te credibile est querere) quæris, agam;

^d *Probes, confirmes.*

Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli,

^e *Cic. 1. Offic. Nihil enim laudabilius,*

^b *Tristia leniri numina posse Dei.*

nihil magno

Seu temere expecto, sive hoc contingere fas est,

& præclaro

Tu mihi, quod cupio, fas, precor, esse proba.

viro dignius

placabilitate,

atq; clementia.

Vide Steph. Sched. var. lib. 3. cap. 12.

f Periph. per notatiõ. h. e. esse sup. plic.

g Ignobilior. Ifodyn. ming generosa.

h Priami. Homer. Iiad. 6.

i Alexandri Macedonici. Emathia propr. Macedonia ab Emathione rege.

k Indicæ rex.

l Darii regis, cui funus fecit magnificentiss. Claudian. Darius famulus manibus doluisse peremisse. Tertur: & ingenti solatus fata sepulcro. Tradita captivo spaciofior India Poro.

m Mitigatas. n Notatio Hercul. cui Hebe Junon. F. in matrum, data est.

o Capitalis.

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

Non

^c

^c

^f

^h

ⁱ

^l

^m

ⁿ

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

^o

Non aliquid dixi, violenta^q lingua locuta est,

Lapsave sunt nimio verba profana^a mero.

Inscia quod^b crimen viderunt lumina, plector:

Peccatum^q oculos est habuisse meum.

Non equidem totam possum defendere culpam,

Sed partem nostri criminis error habet.

Spes igitur superest, facturum ut molliat ipse

^c Mutati poenam conditione loci.

^d Hoc utinam nitidi Solis praenunciis ortus

Afferat admisso Lucifer albus equo.

ELEGIA VI.

Ad amicum, quo familiarissime
usus est.

Foedus^e amicitiae non vis, carissime, nostrae,

Nec si forte velis, dissimulare potes.

Donec enim licuit, nec te mihi carior alter;

Nec tibi me tota junctior urbe fuit.

Is^q erat us^q adeo populo testatus, ut esset

Penè magis quam tu, quam^q ego, notus amor.

Qui^q est in caris^f animi tibi candor amicis,

Cognitus est illi, quem colis ipse, & viro.

^h Nil ita celabas, ⁱ ut non ego conscius essem:

^k Pectoribus^q dabas multa tegenda meis.

Cui^q ego narrabam secreti quicquid habebam,

Excepto quod me perdidit, unus eras.

^j Quin. Periph. καὶ ἰσχυρὰν. ^k Enallag. num.

^a Ebrietate.

Alludit ad
Call. poë-
tam: de quo
supra.

^b Rem nefaria.

^c Mutatione
loci.

^d Simili voto
eleg. 3. con-
cludit Ti-
bull. lib. 1.

Hoc precor,

hunc ill. nob.

aurora nitentem

Luciferum roseis

candida por-
tes equis.

^e Amicitiam.

Periph. κα-

τὰ σπουδαιότατον.

Amoris am-
plificatio

facit ad ca-
ptandam be-

nevolentiam.

^f Metaph.

cum adjun-
ctione diffe-

rentiae cau-
sa. Est enim

& corporis
candor.

^g Aug. Cels.

ἀφοχὴ.

^h Notatio
intimae fami-
liarisatis ab
effectis.

Id quoq; si scisses, salvo fruerere sodali,

Consilioq; forem sospes, amice, tuo.

Sed mea me in pœnam nimirum fata trahebant ;

Omne bonæ claudunt^a utilitatis iter.

Sive mulum potuit tamen hoc vitare cavendo,

Seu^b ratio fatum vincere nulla valet :

Tu tamen ô nobis usu junctissime longo,

Pars desiderii maxima pene mei :

Sis memor, &^c si quas fecit tibi gratia^d vires,

Illas pro nobis experiare, rogo.

Numinis ut læsi fiat^e mansuetior ira,

Mutatoq; minor sit mea^f pœna loco.

Idq; ita, si nullum scelus est in pectore nostro :

Principiumq; mei criminis error habet.

Noc breve, nec tutum est, quo sint mea, dicere, casu

Lumina funesti conscia facta mali :

Mensq; reformidat, h^h veluti sua vulnera, tempus

Illud : & admonitu fit novus ipseⁱ dolor.

Et quæcunq; adeo possint afferre^k pudorem,

Illæ regi^l cæca condita nocte decet.

Nil igitur referam, nisi me peccasse : (sed illo

Premia peccato nulla petita mihi.)

Stultitiamq; meum crimen debere vocari,

o Nomina si facto reddere vera velis.

Quæ si non ita sunt, alium, quo longius absim,

Quære (p suburbana hæc sit mihi terra locum.

m Purgatio imprudentiæ. Et est ordo : nil referam nisi me peccasse, & meum er. voc. debere stultit. Cetera

quasi ἐπιμύθια sunt

n μελέων.

o Correctio.

p Sit mihi quasi suburbium.

^aUtilitatem.
Periphr. Ter.
Nunc ubi meâ
benignitat.

sensisti in te
claudier ?

^b Nulla ra-
tio vincendi

τὸ πεπεω-

μῶν potest
aliquid.

^c Si quid va-
les gratia
apud Cæs.

^d Auctorita-
tem cum po-
testate juva-
di amicos.

^e Mitior. Me-
taph. à bru-
tis.

^f Exil. Genus
pro specie.

^g In causa est
meæ culpæ.

^h ἀεγυρί-
πληγίς.

ⁱ Ægritudo
renovatur,
sic ut tactu
dolor vul-
neris ingra-
vescit.

^k Infamiam.
Synecdoch.
^l Obscura,

hoc est, reti-
cenda ac
dissimulan-
da sunt.

ELE-

ELEGIA VII.

Mandat epistolæ ut Perillam adeat.

V Ade^a salutatum subito perarata Perillam
 Littera, ^b sermonis fida ministra mei.
 Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
 Aut inter libros Pieridasq³ suas.
 Quicquid aget, cum te scierit venisse, relinquet:
 Nec mora, ^c quid venias, quidve requiret, agā?
 Vivere me dices: sed sic, ut vivere nelim:
 Neomala tam longa nostra levata mora.
 Et tamen ad Musas, quanvis nocuere, reverti,
 Aptaq³ in alternos cogere verba pedes.
 Tu quoq³ dic, studiis communibus ecquid inheres?
 Doctaq³ ^d non patrio carmina more canis?
 Nam tibi cum facie mores natura pudicos,
 Et raras dotes, ingeniumq³ dedit.
 Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas:
 Ne male secunda ^e vena periret aque.
 Primus id aspexi teneris in virginis annis,
^f Utq³ pater nate, duxq³ comesq³ fui.
 * Tunc quoq³, sed forsā nostrum delevit amorem
 Tempus, eras magno junctus amore mihi.
 Ergo si remanent signes tibi pectoris iidem,
 Sola tuum ^h vates Lesbia vincet opus.
 Sed vereor, ne nunc ⁱ mea te fortuna retardet,
 Postq³ meos casus sit tibi pectus iners.
 Respectus mei exilii te in studio remissiore faciat.

^a ἀποστροφὴ
 ὡς ἀπο-
 ποιητικὴ ad
 epist.

^b ἀγλαῖα
 λόγων, quod
 Euripid. de
 lingua usur-
 pavit.

^c Propter
 quod:

^d ἄγ. π.

^e Non parē-
 tis tui nu-
 meris, h. e.
 lascivis, vel
 etiam lyri-
 cis. nisi le-
 gendum est:
 num patr.

^f Ingenium
 secundū ex-
 arefceret.

Metaph.

^g Anacolu-
 thon: ut sui
 pater filia,
 ita studiorū
 moderator
 extiti.

* Hoc disti-
 chon in non
 nullis non
 extat.

^h Idem ardor
 ingenii. Me-
 taph.

ⁱ Sappho
 poëtria.

Dum licuit, tua sepe mihi, tibi nostra legebam,
Sepe tui iudex, sepe magister eram.

^a Recitare
desieras, vel
potius dor-
mitaveras, ut
Horatius.

^b Mutanda
notando.

^c Deterrita
exemplo
meæ calami-
tatis deseru-
eris studia
poëtica.

^d *αἰσχροπύ-
μας* *αὐτῶν*
Iuxta ad pro-
sequendum
hæc studia.

^e Ætate con-
fecta.

^f Mendicus
seu pauper:
αἰσχροπύμας

^g Passivâ
diæ *ἡσυχίας*.

^h Quicumq;
sane mihi vi-
tam auferat.
ⁱ Propert.

^h Septem urbs
alta jugis, toti
quæ præsidet
orbi.

Aut ego præbebam factis modo versibus aures:

Aut, ^a ubi cessaras, ^b causa ruboris eram.

Forsitan exemplo, quia me læsere libelli,

^c Tu quoq; sis pœnæ fata secuta meæ.

^d Pone Perilla metum, tantummodo femina nulla,

Nève vir à scriptis discat amare tuis.

Ergo desidia remove doctissima causas,

Inq; bonas artes, & tua sacra redi.

Ista decens facies longis vitiabitur annis:

Rugaq; in ^e antiqua fronte senilis erit:

Injicietq; manum formæ damnosa senectus,

Quæ, strepitum passu non faciente, venit.

Cumq; aliquis dicet, Fuit hæc formosa, dolebis:

Et speculum mendax esse querere tuum.

Sunt & opes modicæ, cum sis dignissima magnis.

Finge sed immensis censibus esse pares.

Nempe dat, & quodcumq; libet, fortuna, rapitq;:

^f Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.

Singula ne referam; nil non mortale tenemus,

Pectoris exceptis ingeniiq; bonis.

En ego cum patria caream, vobisq; domoq;:

Raptaq; sint, adimi quæ potuere, mihi:

Ingenio tamen ipse meo & comitorq; fruorq;:

Cæsar in hoc potuit juris habere nihil.

^h Quilibet hanc sevo vitam mihi siniat ense:

Me tamen extincto fama superstes erit.

Dumq; suis victrix ⁱ septem de montibus orbem

Prospiciet domitum Martia Roma, legar.

Tu quoq³, quam studii^a maneat felicior usus,
Effuge venturos, qua potes usq³,^b rogos.

ELEGIA VIII.

Patriam & suos videre desiderat.

Nunc ego^c Triptolemi cuperē conscendere cur-
Misit in ignotam qui rude semen humū. (rus,

Nunc ego Medea vellem frenare dracones:

Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua.

Nunc ego jactandas optarem sumere pennas,

Sive tuas, Perseu; Dædale, sive tuas:

Ut, tenera nostris cedente volatibus aura,

Aspicerem Patriæ^d dulce repente solum;

Desertæq³ domus vultus, memoresq³ sodales,

Caraq³ præcipue conjugis ora mea.

^e Stulte, quid hæc frustra votis puerilibus optas,

Quæ non ulla tibi fertq³ feretq³ dies?

Si semel optandum est, Augusti nomen adora,

Et, quem sensisti, ritè precare Deum.

Ille tibi pennasq³ potest, currusq³ volucres

Tradere: det redditum, protinus ales eris.

Si precer hæc (neq³ enim possum majora precari)

Ne mea sint, timeo, vota modesta parum.

Forsitan hoc olim, cum jam^f satiaverit iram,

Tunc quoq³ sollicita mente rogandus erit.

^g Quod minus interea est, instar mihi muneris am-

Ex his me jubeat quolibet ire locis. (pli,

Nec cælū, nec aquæ^h faciunt, nec terra, nec aura:

Hei mihi perpetuus corpora langvor habet!

^a Utinam
maneat.

Ὀυκὼς.

^b Mortem.

Synecd. Ex

eo quod se-

quitur id

quod ante-

cedit.

^c Vide lib. 5.

Metamorph.

Callim. in

Cerer. ἀνίκα

Τριπτολε-

μοῦ ἀγαθὸν

ἔδιδάσκοντο

τεχνάων.

^d Dulcedine

afficiens.

^e ἀποπροφῆ

ad seipsum.

^f Expleverit.

^g Ordo est.

Interea quod

est minus, li-

cet mihi ma-

gni sit mu-

neris loco,

oro, ut ju-

beat me ex

hoc loco

quovis alio

migrare.

^h In causa

sunt.

Seu vitiant artus agræ contagia mentis :
Sive mihi causa est in regione mali.

^a Notatio
afflictæ vale-
tudinis à
signis. Fortè
rectius fue-
rit, *Vexat me*
in somn. h. e.
vigilia.

^a *Uxoribus.*

^b Instar cor-
poris aspe-
ctabilis.

^c Querelas
suprem in-
per ira Cæ-
saris.

^d Tomon
Milesii co-
loniam de-
duxere.

^e A Milesiis
condita.

^f Argo navi.

^g Catull. *Ille*
eadem cursu
prima imbuit
Amphitriten.

Ut tetigi Pontum, ^a vexant me insomnia, vixq;
Ossa tegit macies, nec iuvat ora cibus.

Quiq; per auctumnū percussis frigore primo
Est color in foliis, quæ nova læsit hyems :

Is mea membra tenet : nec viribus allevor ullis :

Et nunquam queruli causa doloris abest.

Nec melius valeo, quàm corpore, mente: sed ægra est

Ultraq; pars æquè : binaq; damna fero.

Hæret & ante oculos ^b veluti spectabile corpus
Astans fortunæ forma videnda meæ.

Cumq; locos, moresq; hominum, cultusq; sonumq;
Cernimus, & quid sim, quid fuerimq;, subit :

Tantus amor necis est, ^c querar ut de Cæsaris ira,

Quòd non offensas vindicet ense suas.

At quoniam semel est odio civiliter usus,

Mutato levior sit fuga nostra loco.

E L E G I A IX.

Unde Tomos dictos.

Hic quoq; sunt igitur Grajæ (quis crederet?)
Inter inhumanæ nomina barbariæ. (urbes,

^d Huc quoq; Mileto missi venere coloni?

Inq; Getis Grajas constituere domos?

Sed vetus huic nomen, ^e positaq; antiquius urbe,

Constat ab Absyrti cæde fuisse loco.

Nam ^f rate, quæ cura pugnacis facta Minervæ,

^g Per non tentatas prima cucurrit aquas:

Impia

*Impia desertum fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos applicuisse vadis.*

Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto:

^a Hospes, ait, nosco Colchide vela, ^b venit.

Dum trepidant ^c Minya, dū solvitur ^d aggere funis,

Dum sequitur celeres anchora tracta manus:

Conscia percussit meritornm pectora ^e Colchis,

Ausa atq; ausura multa nefanda manu.

Et, quanquam superest ingens audacia menti,

Pallor in attonitæ virginis ore fuit.

Ergo ubi prospexit venientia vela: tenemur,

Et pater est aliqua fraude morandus, ait.

Dum quid agat querit, dum versat in omnia vul-

Ad ^f fratrem casu lumina flexa tulit. (tus,

Cujus ut oblata est presentia, Vicinus, inquit:

Hic mihi morte sua causa salutis erit,

Protinus ignari, nec quicquam tale timentis,

Innocuum rigido perferat ense latus.

Atq; ita divellit, divulsaq; membra per agros

Dissipat, in multis invenienda locis,

Neu pater ignoret, scopulo proponit in alto

Pallentesq; manus, & sanguineumq; caput:

Ut genitor luctuq; novo tardetur, & artus

Dum legit extinctos, triste retardet iter.

Inde ^h Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo

Membra soror fratris consecuisse sui.

^a Verba spe-
culatoris ad
Jasonem.

^b Æetes scil.
Medeæ pa-
ter.

^c Argonau-
ta.

^d Getico li-
tore.

^e Medea pe-
ctus scelerū
conscium
concuss. E-
nall. nume-
ri.

^f Absyrtum,
qui est apud
Pacuv. Æ-
gialeus. Cic.
3. de natur.
deor.

^g Sanguine
perfusum.

^h τὸ μὲν πρὸς
τὸ τέρμα.

ELEGIA X.

Quibus cum gentibus vivat.

e s

Si

SI quis adhuc istic meminit Nasonis adempti,
 Et super est sine me nomen in urbe meum:
 Suppositum^a stellis nunquam tangentibus æquor,
 Me sciat in media vivere barbaria:
 Sauromata^b cingunt fera gens, Bassi^c, Getæ^d,
 Quam non ingenio nomina digna mea!
 Dum tamen aura tepet, medio defendimur Istro:
 Ille suis^b liquidus^c bella repellit aquis.
 At cum tristis hyems^d squalentia protulit ora,
 Terræ^e marmoreo est candida facta gelu,
 Dum^e patet & Boreas, & nix jactata sub Arcto:
 Tum^f patet has gentes axe & tremente premi.
 Nix jacet: & jactam nec Sol pluvie^g resolvunt:
 Indurat Boreas, perpetuam^g facit.
 Ergo, ubi^h delinquit nondum prior, altera venit:
 Et solet in multis bima jacere locis,
 Tanta^g commoti vis est Aquilonis, ut altas
 Æquet humo turres, tectæ^g rapta ferat.
 Pellibus, & sutis arcent mala frigora braccis,
 Ora^g de toto corpore sola patent.
 Sepe sonant moti glacie pendente capilli,
 Et nitet inducto candida barba gelu.
 Nuda^g consistunt formam servantia testæ
 Vina: nec hausta meri, sed data frustra bibunt.
 Quid loquar: ut cuncti concrecant frigore rivi?
 De^g lacu fragilet, effodiantur aquæ?
 Ipse, ^lpapyrisero qui non angustior amne,
 Miscetur vasto multa per^m ora freto,
 Ceruleos ventis laticesⁿ durantibus Ister
 Congelat, & tectis in mare serpit aquis:
 Quæ^g

^a Septentrio
nibus, sive
utriq; Uræ.

^b Non atri-
ctus glacie.

^c Hostium
in cursus.

^d ε. δωλο

παια.

^e Aperto
campo spi-
rat, non in-
clus. ab æo-
lo.

^f Manife-
stum est.

^g Nutante
nimio ven-
to.

^h Liquefacta
est. Vide
Virg. 8. Geo.

ⁱ Facies tan-
tum non oc-
cultatur.

^k Virg. ca-
dunt^g secu-
ribus humida
vina.

^l Nilo fluvio,
m Ostia.

ⁿ Induranti-
bus, atri-
gentibus.

^o Glacie
coit, conge-
latur.

Quaę rates jerant, pedibus nunc itur: & undas
Frigore concretas ungula pulsat equi.

Pergę novos pontes, subter labentibus undis,
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves.

Vix equidem credax: sed^a cum sint præmia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem.

Vidimus ingentem glacie consistere pontum,
^b Lubricaq; immotas testa premebat aquas.

Nec vidisse sat est: durum calcavimus æquor:
Undaq; non udo sub pede summa fuit.

Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset,
Non foret^c angustæ mors tua crimen aquæ.

Tum neq; se^d pandi possunt delphines in auras
Tollere, conantes dura coërcet hyems:

Et quanquam Boreas jactatis insonet alis,
Fluctus in obseffo gurgite nullus erit.

Inclusaq; gelu stabunt ut marmore puppes:
Nec poterit rigidas findere remus aquas.

Vidimus in glacie pisces herere ligatos,
Sed pars ex illis tunc quoq; viva fuit.

^e Sive igitur nimij Boreæ vis seva marinas,
Sive redundatas flumine cogit aquas:

Protinus æquato siccis Aquilonibus Istro
Invehitur celeri barbarus hostis equo.

Hostis equo pollens, longeq; volante sagitta,
Vicinam latè depopulatur humum.

Diffugiunt alij: nullisq; tuentibus agros,
Incustoditæ diripiuntur opes.

^f Furis opes parvæ, pecus, & stridentia plaustra: *f. in c. h. n. o.*
Et quas divitias incola pauper habet.

Paus

^a Cum nul-
lum sit men-
dacio propo-
situm præ-
mium.

^b Glacies æ-
quas vincio-
bat. Virgil.
Concreseunt
subita curren-
ti in flumine
crusta. Et pro-
testa aliqui
crusta le-
gunt.

^c Notatio
Hellepontis
& Incurvi.

^e Sive mare,
sive Ister gla-
cie concre-
scit induran-
te Boreæ.

a Sagittas
 tingunt vipe-
 rina sanie &
 humano san-
 guine Plin.
 lib. ii. cap.
 penult.
 b Incultra ina-
 rata. Virgil.
 l. Georg.
 cessare novales
 Et segnem pa-
 tiere situ du-
 rescere campū.
 c Pampini
 umbra. Enal.
 iag. ipeciei.
 d Non fert.
 γλυκὸν χή-
 ρια.
 e Infimules
 criminibus:
 accuses.
 f Notatio
 hominis im-
 mitis &
 ἀσόγυα.

Pars agitur vinc̄tis post tergum capta lacertis,

Respiciens frustra rura, laremq; suum.

Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis:

Nam^a volucris ferro tinctile virus inest.

Quæ nequeunt secum ferre aut adducere, perdunt:

Et cremat insontes hostica flamma casas.

Tum quoq; cum pax est, trepidant formidine belli:

Nec quisquam presso vomere sulcat humum.

Aut videt, aut metuit locus hic, quem nō videt, ho-

Cessat^b iners rigido terra relicta situ. (stem:

Non hic^c pampinea dulcis latet uva sub umbra:

Nec cumulant altos fervida musta lacus.

Poma^d negat regio: nec haberet Acontius, in quo

Scriberet hic dominae verba legenda suæ.

Aspiceres nudos sine fronde, sine arbore campos:

Heu loca felici non adeunda viro!

Ergo tam late pateat cum maximus orbis:

Hæc est in pœnas terra reperta meas.

E L E G I A XI.

Invehitur in maledicum.

g Illius re-
 gionis pro-
 prio. spirat
 enim ab Ar-
 cto. Eurip.
 Cycl. ὅταν τὴ
 βορέας χιόνος
 θρηικὸν χέη.

SI quis es insultes qui casibus, improbe, nostris,

Meq;^e reum demto sine cruentus agas:

^f Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino:

Et dicam silices pedtus habere tuum.

Quis gradus ulterior, tua quò se porrigat ira,

Restat? quidve meis cernis abesse malis?

Barbara me tellus, & inhospita littora Ponti,

Cumq; ^g suo Borea Manalis Ursa videt.

Nulla

Nulla mihi cum gente fera commercia lingvæ:

Omnia solliciti sunt loca plene metus.

Utq; fugax avidis cervus deprensus ab urfis,

Cinctaq; montanis ut pavet agna lupis:

Sic ego belligeris à gentibus undiq; sepius,

Terreor, hoste meum pene premente latus.

Utq; sit exiguum pœnæ, quod conjuge cara,

Quod patria careo, pignoribusq; meis:

Ut mala nulla feram, nisi nudam Caesaris iram:

Nuda parum nobis Caesaris ira mali est?

Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet,

^a Solvat & in mores ora disertam meos.

In causa facili ^b cuivis licet esse deserto;

Et minimæ vires frangere quassa valent.

Subruere est arces, & stantia mœnia, virtus:

Quamlibet ignavi præcipitata premunt. (^{brā?})

Non sum, qui fueram: quid inanem ^c proteris um-

Quid cinerem saxi bustaq; nostra petis?

Hector erat tunc, cum bello certabat: & idem

Tractus ab Hæmonio non erat Hector equo.

Me quoq; quem noras olim, non esse memento:

Ex illo superant ^d hæc simulacra viro.

Quid simulacra ferox dictis incessis amaris?

Parce, precor, manes ^e sollicitare meos.

Omnia vera puta mea crimina; nil sit in illis,

Quod magis errorem, quàm scelus esse putes.

^f Pendimus en profugi (satis tua pectora) pœnas

Exilioq; graves, exiliuq; loco.

Carnifici mea flenda potest fortuna videri,

Te tamen est uno iudice mersa parum.

^a Disertum
se præbeat
invehendo
in vitam
meam.

^b Martial.
Nobis non li-
cet esse tam
disertum.

^c Pedibus
conculcas.
Vide adag.
Cum umbr.
pugnare.

^d Imago ista
mortui.

^e Inquietare.

^f Metaph. à

pecunia,

quæ olim

appendeba-

tar. Virgil.

tum pendero

pœnas Cecro-

pida jussi.

Savior

Sevior es tristi Busiride, sevior illo,

^a Notatio
Phalaridis
^b Perillo Pe-
riphr.

^c Verba Pe-
rilli ad Pha-
lar. quibus
minus suum
ornat utili-
tatis com-
mendatione.
^d Quod faci-
le aperiri
possit.

^e Metaph. à
saporibus
vel liquori-
bus.
^f Humano-
humulos.

^g Refricare.
Metaph. à
vulneribus
nondum co-
ciantibus.
^h Memoriam
attenuent,
mentionem
deminuant.
ⁱ In altum
tollit. Claud.
tolluntur in
altum.

^k Vicissitudi-
nes. Terent.
Omnium re-
rum vicissi-
tudo est.

^a *Qui falsum lento torruit igne bovem:*

^b *Quiq; bovem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas.*

^c *Munere in hoc, rex, est usus, sed imagine major:*

Nec sola est operis, forma probanda mei.

Aspicias à dextra latus hoc ^d ad apertile tauri,

Hác tibi, quem perdes, conijciendus erit.

Protinus inclusum lentis carbonibus ure:

Mugiet, & veri vox erit illa bovis.

Pro quibus inventis, ut munus munere penses,

Da, precor, ingenio premia digna meo.

Dixerat: at Phalaris, poenæ mirandæ repertor,

Ipsè tuum præsens ^e imbue, dixit, opus.

Nec mora: monstratis crudeliter ignibus ustus

Exhibuit ^f geminos ore gemente sonos.

Quid mihi cum Siculo? inter Scythiasq; Getasq;

Ad te (quisquis is es) nostra querela redit.

Utq; suum nostro possis explere cruore,

Quantaq; vis, avido gaudia corde feras:

Tot mala sum fugiens tellure, tot æquore passus,

Te quoq; ut auditis posse dolere putem.

Crede mihi, si sit nobis collatus Ulysses,

Neptunig; minor quàm Jovis ira fuit.

Ergo quicumq; es, & rescindere crimina noli:

Deq; gravi duras vulnere tolle manus.

Utq; meæ ^h famam tenuent oblivia culpe:

Facta cicatricem ducere nostra sine.

Humanæq; memor sortis, quæ ⁱ tollit eosdem

Et promit, incertas ipse verere ^k vices.

Et

Et quoniam, fieri quod nunquam posse putavi,
 Est tibi de rebus maxima cura meis;
 Non est quod timeas: fortuna miserrima nostra est:
 Omne trahit secum Caesaris ira malum.
 Quod magis ut liqueat: neve hoc ego fingere cre-
 Ipse velim pœnas experiare meas. (dar:

ELEGIA. XII.

Rogat mitiorem exilii locum.

Frigora jam Zephyri minuunt: annoq; peracto
 Longior antiquis visa Maotis hyems.
^a Impositamq; sibi qui non bene pertulit Hellen,
 Tempora nocturnis æqua diurna facit.
 Jam violas pueriq; legunt, hilaresq; puellæ,
^b Ruraq; quæ nullo nota serente ferunt.
 Prataq; pubescunt variorum flore colorum:
^c Indociliq; loquax gutture ^d vernat avis.
 Utq; ^e male crimen matris deponat hirundo,
 Sub trabibus ^f cunas, tectaq; pava facit.
 Herbaq; , quæ latuit Cerealibus obruta sulcis,
 Exerit è tepida molle cacumen humo:
 Quoq; loco est vitis, de palmite gemma movetur:
 Nam procul à Getico littore vitis abest.
 Quoq; loco est arbor, & turgescit in arbore ramus:
 Nam procul à Geticis finibus arbor abest.
 Ocia nunc istic, junctisq; ex ordine ludis,
^h Cedunt verbosi garrula verba fori.
 Lusus equis nunc est: levibus nunc luditur armis:
 Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus.
 Nunc locum dant.

^a Notario
 ingressus So-
 lis in arie-
 tem, & ^t
 ionneus.
^b Flores sua
 sponte na-
 scentes,
 αὐτοφύεις.
^c Non docto.
 Heterosis fa-
 cultatis pro-
 actione.
^d Vere læta-
 tur.
^e Progne. n.
 Itym. filium
 interfecit.
^f Nidificat.
 Periphr.
^g Tūmet. ὄγ-
 γῶ. Virgil.
 jam lato tur-
 genti in pal-
 mite gemma.
^h Concedunt.

Nunc ubi perfusa est oleo labente juvenus,
Defessos artus Virgine tingit aqua.

^a Partium
discrepantiū
diversa affe-
ctione.

Scena viget: ^a studiūq; favor distantibus ardet:
Cumq; tribus resonant terna theatra foris.
O quantum & quoties, non est numerare, beatum,
Non interdicta cui licet urbe frui:

^b Glacie cō-
creto, con-
gelato.
^c Quam ob
causam.

At mihi sentitur nix verno Sole soluta,
Quaq; lacu ^b duro non fodiantur aqua,
Nec mare concrevit glacie: nec, ut ante, per Istrum
Stridula Sauromates plastro bubulcus agit.

Græc. con-
suetud. Vir-
gil. quæ causa
vix? Homer-
tis πῶθεν εἰς
ἀνδρῶν; πῶ-
θεν τοι πόλις

Si tamen incipiunt aliqua huc adnare carinae,
Hospitaq; in Ponti littore puppis adest:
Sedulius occurram nautæ, dictaq; salute,
^c Quid veniat, quæram, quisve, quibusve locis.
Ille quidem (mirum) nisi de regione propinqua,
Non nisi vicinas tutus araret aquas.

ἠδὲ τοκῆς;
^c Primis an-
gustis, qui
est Helle-
spontus: nā
ubi illud ex-
panditur.
Propontis
appellatur.

Rarus ab Italia tantum mare navita transit:
Littora rarus in hæc portubus orba venit,
Sive tamen Græca scierit, sive illa Latina
Voce loqui, certè gratior hujus erit.
Fas quoq; ab ^d ore freti, longaq; Propontidos undis
Huc aliquem certo vela dedisse Noto.

^e Tiberii, vel
Augusti, sub
cujus auspi-
ciis ille mili-
tavit, ut cla-
dem Varia-
nam ulciscer-
etur.

Quisquis is est, memori rumore voce referre,
Et fieri famæ parsq; gradusq; potest.
Is, precor, auditos possit narrare triumphos
^e Caesaris, & Latio reddita vota Jovi.
Teq; rebellatrix tandem Germania magni
Triste caput pedibus supposuisse ducis.
Hæc mihi qui referat, quæ non vidisse dolebo,
Ille meæ domui protinus hospes erit.

Hei

Hei mihi, jamne demō Scythico Nasonis in orbe est?

Jamq; suum mihi dat pro lare pœna locum?

Du facite, ut Cæsar non hoc penetrare, domumq;

^a Hospitium pœnæ sed velit esse meæ.

ELEGIA XIII.

In natalem suum.

Ecce supervacuus (^d quid enim fuit utile nasci?)

At sua natalis tempora noster adest.

Dure, quid ad miseros veniebas exulis annos?

Debueras illis imposuisse modum.

Si tibi cura mei, vel si pudor ullus adesset,

Non ultra patriam me sequerere meam.

Quoq; loco primū tibi sum ^c malè cognitus infans?

Illo tentasses ultimus esse mihi.

^d Inq; relinquendo, quod idem fecere sodales,

Tu quoq; dixisses tristis in urbe, vale.

Quid tibi cum Ponto? num te quoq; Cæsaris ira

Extremam ^e gelidi misit in orbis humum?

Scilicet expectas ^f solitum tibi moris honorem?

Pendeat ex humeris vestis ut alba meis?

Fumida cingatur florentibus ara coronis?

Micæq; solenni thuris in igne sonet?

^g Libaq; dem pro te genitale notantia tempus?

Concipiamq; bonas ore ^h favente preces?

Non ita sum positus: nec sunt ea tempora nobis:

Adventu possim letus ut esse tuo.

ⁱ Funeris ara mihi ferali cincta cupressu

Convenit: & strictis flamma parata rogi.

f

Nec

^a Commo-
randi diver-
sorium, non
habitandi.

^b αἰτιολογία

ἔδουρτικὴ.

^c Infeliciter,
infausto fi-
dere, malo
genio.

^d Non pro-
sequendo
me in exiliū.

^e Hyperbo-
rei.

^f Solemnes
festivitates
& celebra-
tem.

^g Tibull. tibi
dem thuris
honores, Liba
& Mopsopio
dulcia melle
feram.

^h ἡδὲ φησὶν ἄλλο
bona verba
dicente. Ti-
bull. Donat:
In sacri, in-
quit, ore fa-
vere, est silen-
tium commo-
dare. Cato de
re rust. cap.
139. Similiter
Bonas pre-
ces precari
dixit.

ⁱ ἀντιφθεσίς.

^a Cum ab inhospitali feritate rectig Axenus nominetur.

^b Qui alios omnes antecedis, quasi *αἰσῶντος* aut *πρωτότατος*

της, ducta appellatione vel à re militari, vel à sacror. cōsuetudine.

^c Recentiu.

^d Idem Fast. Aut quia de capite fertur sine matre paterni Vertice, cum clypeo profuisset suo.

Unde & *αὐχένος* Grec. dicta, Catullo patrima. Calim. *αὐχένος*

δ' ὄντις ἐτι- κτε *Ἰδαίος* *αἰδὰ Διὸς* *κροῦδα.*

^e Moris erat testamento amicis commendare liberos.

^f Libri de arte mecum in exilium ejecti.

Nec dare thura libet nil exorantia divos:

In tantis subeunt nec bona verba malis.

Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum,

In loca ne redeas amplius ista, precor:

Dum me terrarum pars pœne novissima ponti

Euxinus ^a falso nomine dictus habet.

E L E G I A. XIV.

Ad amicum, ut libros suos tueatur.

Cultor, & ^b antistes doctorum sancte virorum,

Quid facis, ingenio semper amice meo?

Ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,

Nunc quoq;, ne videar totus abesse, caves?

Suscipis exceptis ecquid mea carmina solis

Artibus, artificii que nocuere suo?

Immo ita fac quaeso vatam studiose ^c novorum,

Quaę potes retine nomen in urbe meum.

Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis:

Qui domini pœnam non meruere sui.

Sæpe per externas profugus pater exulat oras,

Urbe tamen natis exulis esse licet.

^d *Palladis exemplo, de me sine matre creata*

Carmina sunt: stirps hæc, progeniesq; mea:

^e *Hanc tibi commendo: qua, quo magis orba parente*

Hoc tibi tutori sarcina major erit. (est)

^f *Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:*

Cetera fac cura sit tibi turba palam.

Sunt quoq;, mutatae ter quinq; volumina formæ,

Carmina de domini funere rapta sui.

Illud

Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,

^a Certius à summa nomen habere manu.

Nunc incorrectum populi pervenit in ora,

^b In populi quicquam si tamen ore meum est.

Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis,

Diverso missum quod tibi ab orbe venit.

Quod quicumque leget, si quis leget, aestimet antè,

Compositum quo sit tempore, quoque loco,

Æquus erit scriptis, ^c quorum cognoverit esse

Exilium tempus, barbariemque locum.

Inque tot adversis carmen mirabitur ullum

^d Ducere me tristi sustinuisse manu.

Ingenium fregere meum mala: cuius & antè

Fons infecundus, parvaque vena fuit.

Sed quaecumque fuit, nullo excerpente refugit,

Et longo periit arida facta situ.

Non hic librorum, per quos ^e inviter alarumque

Copia: pro libris arcus & arma sonant.

Nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius

Intellecturis auribus utar, ades.

Nec quò ^f secedam, locus est: custodia muri

& Summovet infestos clausaque porta Getas.

Sæpe aliquod quero verbum, nomenque locumque:

Net quisquam est, à quo certior esse queam.

Dicere sæpe aliquid conanti (turpe fateri)

Verba mihi desunt, dididicique loqui.

Threicio Scythicoque ferè circunsonor ore:

Et videor Geticis scribere posse modis.

Crede mihi, timeo, ne sint immista Latinis:

Inque meis scriptis ^h Pontica verba legas.

^a Certiorem
titulum.

^b Proverb.
figura. Vide
adag.

^c Quæ co-
gnoverit ef-
fe scripta
tempore
exilii, & in
media bar-
baria.

^d Deducere:
ducta trala-
tione à lani-
ficio. Virg.
deductum di-
cere carmen.

^e Industria
mea excite-
tur & studiū
alatur.

^f Ab homin.
interpella-
tionibus
seorsum re-
cedam.

Idem alibi:
Carmina se-
cessum scriben-
tu & otia
querunt.

^g Arcet ho-
stes, quorum
metu non
est tutum
urbe egredi,
amæniore
secessus gra-
tia.

^h In Ponto
usitata.

f. 2

Qua-

*Qualemcumq; legas, venia dignare libellum:
Sortis & excusa conditione mea.*

P. OVIDII NASO-
NIS TRISTIUM

Liber quartus.

ELEGIA I.

Excusat libros, si quid vitii
habeant.

^a Quo sunt
compositi à
me.

^b Curarum
scil. & mœ-
roris.

^c Fodiendi
laborem le-
viorem red-
dit. Tibull.

^d Spes etiam
valida solatur
compede vin-
ctum.

^e Duo gene-
ra nautorū
subjicit.

^f Fistula can-
tu. Meto-
nym.

^g Lanam ap-
pensam de-
ducentis.

^h Non senti-
tur.

ⁱ Hippoda-
mia. Anto-
nomaf.

^j Vide Hom.
li. 1.

SI qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,
Excusata ^a suo tempore lector habe.

Exul eram: ^b requiesq; mihi, non fama, petita est:
Mens intenta suis ne foret usq; malis.

Hoc est, cur cantet vincetus quoq; compede fossor:
Indocili numero cum grave ^c mollit opus.

Cantet & innitens limosæ pronus arena,
^d Adverso tardam qui trahit amne ratem:

Quiq; refert pariter lentos ad pectora remos,
In numerum pulsa brachia versat aqua.

Fessus ubi incubuit baculo, saxoq; resedit
Pastor, ^e arundineo carmine mulcet oves.

Cantant: pariter, pariter ^f data pensa trahentis
^g Fallitur ancilla decipiturq; labor.

Fertur & abducta ^h Lyrnesside tristis Achilles
Hæmonia ⁱ curas attenuasse lyra.

Cum

Cum traheret sylvas Orpheus & dura canendo

Saxa : ^a bis amissa conjuge mœstus erat.

^b Me quoq; Musa levat Ponti loca jussa petentem :

Sola comes nostræ perstitit illa fuga.

Sola nec insidias inter, nec Thracia tela,

Nec mare, nec ventos, barbariamq; timet.

Scit quoq; cum perii, quis me deceperit error :

Et ^c culpam in facto, non scelus, esse meo.

Scilicet ^d hoc ipso nunc æqua, quod obsuit antè,

Cum mecum ^e juncti criminis acta rea est.

Non equidem vellem (quoniam nocitura fuerunt)

^f Pieridum sacris imposuisse manum.

Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sacrorum :

Et carmen demens carmine læsus amo.

Sic nova & Dulichio lotos gustata palato.

Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.

Sentit amans sua damna ferè : tamen hæret in illis :

Materiam ^h culpæ prosequiturq; sua.

Nos quoq; delectant, quamvis nocuere, libelli :

Quodq; mihi telum vulnera fecit, amo.

Forsitan hoc studium possit ⁱ furor esse videri :

Sed quiddam furor hic utilitatis habet,

Semper in ^k obtutu mentem vetat esse malorum :

Præsentis casus immemoremq; facit.

Utq; suum ^l Bacche non sentit saucia vulnus,

Dum stupet ^m Idæis exululata modis :

Sic, ubi mota calent sacro mea pectora ⁿ thyrso,

Altior humano spiritus ille malo est.

^m Ululatum edens more Phrygio, five Gallor. ritu in Ida

monte, cum matris Magnæ sacra celebrant.

ⁿ Enthusiasmo. Metaph.

^a Bis rapta,
Virg. 4. Geo.

^b Curas &
dolore exilii
mei.

^c ἀπειρη-
μα. Arist. 5.
Nicomach.

^d Hac ipsa
re, h. e. le-
vando curas
meas.

^e Condem-
nata est pro-
pter libros
amatorios.

^f Attigisse
Musar. sacra.

^g Ulyssis so-
ciis. Vide
Homer.

ὀδύος. 1.
Et adag. lo-
tum gust.

^h Amoris.
Synecd.

ⁱ Horat. Act.

--- excludit
sanos Heliconæ
poëtas Deano-
critus.

^k Contem-
platu mali.
lib. 5. Trist.
eleg. 2.

^l Bacchi Or-
gia cele-
brans.

f 3

ille

Ille nec exilium, Scythici nec littora Ponti,

Ille nec iratos sentit habere Deos.

a. Soporē
oblivionem
inducētis.

Utq; ^a soporiferæ biberem si pocula Lethes:

Luc. καὶ ὄ-

Temporis adversi sic mihi sensus abest.

περὶ τὸ Διὸς

Jare Deas igitur veneror mala nostra levantes,

ἰδὼν ἑσπέρων.

Sollicitas comites ex Helicone fugæ;

b. Hyperbo-

Et partim pelago, partim vestigia, terra,

lica numeri

Vel rate dignatas, vel pede, nostra sequi

infiniti no-

Sint, precor, hæc saltem faciles mihi: namq; Deorum

tatio.

Cetera cum magno Cæsare turba facit;

Meq; tot adversis cumulat, ^b quot littus arenas,

Quotq; fretum pisces, ovaq; piscis habet.

Vere prius flores, æstu numerabis aristas,

Poma per Auctumnū, frigoribusq; nives:

Quam mala, quæ patior toto jactatus in orbe,

Dum miser Euxini littora sæva peto.

Nec tamen, ut veni, levior fortuna malorum est:

c. Plena infe-

Huc quoq; sunt nostras fata secuta vias.

licitatis, cu-

Hic quoq; cognovi natalis stammina nostri,

jus indicium

Stamina ^c de nigro vellere facta mihi.

erat color

niger. Vide

adlag. Carb,

notata.

d. Præteri-

tio.

Utq; neq; insidias, capitisq; pericula narrem:

Vera quidem vidi, sed graviora fide.

Vivere quam miserum est inter Bessosq; Getasq;

Illum, qui populi semper in ore fuit:

Quam miserum est porta vitam muroq; tueri,

Vixq; sui tutum viribus esse loci:

e. Lusus &

exercitii

causa.

f. Canos. Ab-

tractum,

pro concre-

to. Virgil,

Capitium ga-

leæ premimus.

Aspera militiæ juvenis certamina fugi,

Nec nisi ^e lusura movimus arma manu.

Nunc senior gladioq; latus, scutoq; sinistram,

^f Canitiem galeæ subjicioq; meam.

Nam

Nam dedit è specula custos ubi signa tumultus :

Induimus trepida protinus arma manu.

Hostis habens arcus imbutaq; tela veneno,

Sævus anhelanti mœnia lustrat equo.

Utq; rapax pecudem, quæ se non texit ovili,

Per sata, per sylvas fertq; refertq; lupus :

Sic, si quem nondum portarum sede receptum

Barbarus in campis repperit hostis, habet.

Aut sequitur captus, injectaq; vincula collo

Accipit, aut telo virus habente perit.

Hic ego sollicita jaceo novus incola sedis :

Heu nimium fati tempora lenta mei !

Et tamen ad numeros, ^a antiquaq; sacra reverti

Sustinet in tantis hospita Musa malis.

^a Pristinâ
assuetâ.

Sed neq; cui recitem, quisquam est, mea carmina :

Auribus accipiat verba Latina suis. (nec qui

Ipse mihi (quid enim faciam ?) scriboq; legoq; :

Tutaq; iudicio ^b littera nostra suo est.

^b Carmen
nostrum.
Synecd.

Sæpe tamen dixi, Cui nunc hæc cura laborat ?

An mea Sauromatae scripta Getaq; legent ?

Sæpe etiam lacrymæ me sunt scribente profuse :

Humidaq; est fletu ^c littera facta meo.

^c Charta.
Metonym.
^d Hyperbo-
le.

Corq; vetusta meum tanquam nova vulnera sentit,

Inq; sinum mœstæ labitur ^d imber aquæ.

Dum vice mutata qui sim fuerimq; recordor,

Et, tulerit quò me casus, & unde, subit :

Sæpe manus demens studiis ^e irata, sibiq;

Misit in arsuos carmina nostra focos.

^e Succèsens.
γλυκὸν χῆμα.

Atq; ea de multis, quoniam non multa supersunt,

Cum venia facito, quisquis es, ista legas.

Tu quoq₃ non melius, quàm sunt mea tempora, car-
Interdicta mihi consule Roma boni. (men,

E L E G I A II.

Dolet non interesse triumpho devicta
Germania.

^a Synecdo-
che n̄ oixg-

μνν.

^b Fumo of-
fufcant.

^c Sublata in
altum. Secu-
ri autem vi-
ctimæ per-
cutiebantur,
quas poeta alicu-
bi ietas di-
cit, sicut &
Propert. lib.

4. eleg. 6.

^d Augustus
& Tiberius:
nam Drusus
jam perie-
rat.

Vota reddi
dicebantur
Dīs meren-
tibus seu
meritis. Ita
lib. I. merita
cadat agna
Minerva.

^e Romana
Respub. in
tres ordines
distributa.

Iam fera Caesaribus Germania, ^a totus ut orbis,
Victa potest flexo succubuisse genu.

Altaq₃ velantur fortasse palatia fertis:

Thuraq₃ in igne sonant, ^b inficiuntq₃ diem:

Candidaq₃ ^c adducta collum percussa securi

Victima purpureo sanguine tingit humum:

Donaq₃ amicorum templis promissa Deorum

Reddere victores ^d Caesar uterq₃ parant:

Et qui Casareo juvenes sub nomine crescunt,

Perpetuo terras ut regat ista domus,

Cumq₃ bonis nuribus pro sospite Livia nato

Munera dat meritis, saepe datura, Deis:

Et pariter matres, & quæ sine crimine castos

Perpetua servant virginitate focos.

^e Plebs pia, cumq₃ pia letatur plebe Senatus:

Parvaq₃ cuius eram pars ego nuper eques.

Nos procul expulsos communia gaudia fallunt:

Famaq₃ tam longè non nisi parva venit.

Ergo omnis populus poterit spectare triumphos:

Cumq₃ ducum titulis oppida capta leget:

Vinclaq₃ captiva reges cervice gerentes

Ante coronatos ire videbit equos;

Et

Et cernet vultus aliis pro tempore versos :

Terribilesq; aliis, immemoresq; sui.

Quorum pars causas, & res, & nomina quæret :

Pars referet, quanvis noverit illa parum.

^a Hic, qui sidonio fulget sublimis in ostro,

Dux fuerat belli: proximus ille duci.

Hic, qui nunc in humo lumen miserabile fixit,

Non isto vultu cum tulit arma, fuit.

Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens,

Hortator pugnae, ^b consiliumq; fuit.

Perfidus hic nostros inclusit fraude locorum,

Squallida demissis qui tegit ora comis.

Illo, qui sequitur, dicunt mactata ^c ministro,

Sæpe recusanti corpora capta Deo.

Hic lacus, hi montes, hæc tot castella, tot amnes,

Plena feræ cædis, plena cruoris erant.

Drusus in his meruit quondam ^d cognomina terris,

Quæ bona progenies digna parente fuit.

^e Cornibus hic fractis viridi ^f mala tectus ab ulva

Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.

^g Crinibus en etiam fertur Germania passis,

Et ducis invicti sub pede mæsta sedet :

Collaq; Romanæ præbens animosa securi,

Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.

Hos super in curru Cæsar victore veheris

^h Purpureus populi ritè per ora tui.

Quaq; ibis, manibus circumplaudere tuorum,

Undiq; jactato ⁱ flore tegente vias.

Tempora Phœbea lauro cingentur: Ioq;

Miles, Io, magna voce, triumphæ, canet.

f s

Ipse

^a plurimis
referentis
ducū capto-
rum res ge-
stas.

^b Consultor,
suasor, sive
à consiliis.

^c Sacrorum
scilicet. h. e.
victimariis
seu popæ.

^d Dicitur Ger-
manicus.

^e Ripis sub-
actis,

^f Delitescens
præ formi-
dine.

^g ὑποτύπω-
σις ἄσπε-
ροποιντικῆ.

^h In veste
purpurea,
purpuratus.
Enall. partis.

ⁱ Floribus.
Enall. nume-
ri.

Varro lib. 5,
de ling. lat.
Io triumphæ,
Io.

Ipse sono, plausuq; simul, fremituq; calentes,
Quadrijugos cernes sepe resistere equos:

^a Quam Imper. Jovi voverat.

Iude petes arcem, & delubra faventia votis:

Et datur merito laurea ^a vota Jovi.

^b Potestatem adeundi cogitationibus suis illa loca, unde ego relegatus sum.

Hac ego summotus, qua possum mente, videbo:

Erepti nobis ^b jus habet illa loci.

Illam per immensas spatiatur libera terras:

In caelum celeri pervenit illa via.

Illam meos oculos mediam deducit in urbem:

Immunes tanti nec sinit esse boni.

Invenietq; animus, qua currus spectet eburnos:

Sic certe in patria per breve tempus ero.

^c ὁπτασίαν ἀληθῆ, & τὴν φαντασίαν,

^c Vera tamen capiet populus spectacula felix:

Letaq; erit praesens cum duce turba suo.

At mihi, fingenti tantum, longe q; remoto,

Auribus hic fructus percipiendus erit.

Atq; procul Latio diversum missus in orbem,

Qui narret, cupido vix erit ista mihi.

^d Latitia publica plus apud me poterit, quam meror privatus.

Is quoq; jam serum referet veteremq; triumphum,

Quo tamen audiero tempore, letus ero.

Illam dies veniet, mea qua lugubria ponam:

^d Causaq; privata publica major erit.

E L E G I A III.

Alloquitur utranque urbem.

^e Neutra enim occidit in elevatione poli Septentrionalis. Virgil. Arcos Occani metuentes equore tingi.

Magna minorq; ferae, quarum regis altera Gra:

Alteram Sidonias, ^e utraq; sicca, rates: (jas,

Omnia cum summo posita videatis in axe:

Et maris occiduas non subeat is aquas:

Æthe-

Ætheriamq³ suis cingens amplexibus arcem

^a Vester ab intacta circulus extet humo :

Aspicite illa precor, quæ non benè moenia quondam

Dicitur Iliades transiluisse Remus.

Inq³ meam nitidos dominam convertite vultus :

Sitq³ memor nostri necne, referte mihi.

Hei mihi, cur timui? quæ sunt manifesta, requiro?

Cur labat ambiguo spes mea mista metu?

Crede quod est, & vis: ac desine tuta vereri :

Deq³ fide certa sit tibi certa fides.

Quodq³ polo fixæ nequeunt tibi dicere ^b flammæ,

Non mentitura tu tibi voce refer :

Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est :

Quodq³ potest, secum nomen habere tuum.

Vultibus illa tuis tanquam presentibus hæret :

Teg³ remota procul, si modo vivit, amat.

Ecquid, ubi incubuit iusto mens ægra dolori,

Lenis ab admonito pectore somnus abit?

Tunc subeunt curæ, dum te lectusq³ locusq³

Tangit, & oblitam non sinit esse mei?

Et veniunt æstus, & nox immensa videtur?

Fessaq³ jactati corporis ossa dolent?

Non equidem dubito, quin hæc & cetera fiant :

Detq³ tum mœsti signa doloris amor :

Nec cruciére minus, quàm cum ^c Thebana perem-

Hectora ^d Thessalico vidit ab axe rapi, (tum

Quid tamen ipse precor, dubito: nec dicere possum,

Affectum quem te mentis habere velim.

Tristis es: indignor, quòd sim tibi causa doloris:

Non es, ^e ut amisso conjugè digna fores.

^a Circulus

Arcticus.

Idem --- ubi

circulus axem

Ultimus ex-

tremum, spa-

ciog³ breviss.

ambit.

^b Stellæ, quas

aliqui puta-

runt esse

igneas. Vir-

gil. Quæ

Venus ante

alios astrorum

diligit ignes.

^c Androma-

che Eetionis

Thebar. in

Cilic: regis F.

d Achilleo.

^e Oratio de-

ficiens ver-

bis, q. d. ve-

lim te esse

tristem, ut

debet, amif-

so marito.

Tu

Tu verò^a tua damna dole mitissima conjux :
 Tempus &^b à nostris exige triste malis :
 Fleq; meos casus, est quadam flere voluptas :
^c Expletur lacrymis egeriturq; dolor.
 Atq; utinam non vita tibi lugenda, sed esset
 Mors mea : morte fores sola relictæ meæ.
 Spiritus hic^d per te patrias exisset in auras :
 Sparsissent lachrymæ pectora nostra pia :
 Supremoq; die notum spectantia cœlum
 Texissent digiti lumina nostra tui :
 Et cinis in tumulo positus jacuisset avito :
^e Tactaq; nascenti corpus haberet humus :
 Deniq; dum vixi sine crimine, mortuus essem :
 Nunc mea supplicio vita pudenda suo est.
 Me miserum, si tu, cum diceris exulis uxor,
 Avertis vultus : & subit ora rubor.
 Me miserum, si turpe putas mihi nupta videri :
 Me miserum, si te jam pudet esse meam.
 Tempus ubi est illud, quo te jactare solebas
 Conjuge : nec nomen dissimulare viri ?
 Tempus ubi est, quo te, nisi non vis illa referri,
 Et^f dici (memini) juvit & esse meam ?
 Utq; proba dignum est, omni tibi dote placebam :
 Addebat veris multa & faventis amor.
 Nec, quem præferres, (ita res tibi magna videbar)
 Quémve tuum malles esse, vir alter erat.
 Nunc quoq; ne pudeat, quod sis mihi nupta : tuusq;
 Non debet dolor hinc, debet abesse pudor.
 Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu,
 Non legis Evadnen erubuisse^h viro.

^a Quæ fecisti marito ejectione in exiliū.

^b Post exilij mei calamitatem.

^c Contra Ciceronem. 2. Phil. Miserum me!

^d Consumtus n. lacrymis tamen infixus hæret animo dolor.

^e Inter tuas manus, in manibus tuis animam exhalasset.

^f Solum nuptiale, quod in lucem editus contigit.

^g Perhiberi.

^h Amor plenus favoris in me tui.

ⁱ Propter virum, aut casum mariti sui.

Nec

Nec quia rex mundi ^a compescuit ignibus ignes,

Ipse suis Phaëthon inficiandus erat.

^b Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,

Quod precibus perit ambitiosa suis.

Nec tibi, quod sevis ego sum ^c Jovis ignibus ictus,

^d Purpureus molli fiat in ore rubor.

Sed magis in nostri curam consurge tuendi:

Exemplumq; mihi conjugis esto bonæ:

^e Materiamq; tuis tristem virtutibus imple:

^f Ardua per præceptis gloria vadit iter.

Hæc tibi quis nosset, felix si Troja fuisset?

Publica & virtutis per mala facta via est.

Ars tua Tiphys jacet, si non sit in æquore fluctus:

Si valeant homines, ars tua Phœbe jacet.

Quæ latet, inq; bonis cessat ^h non cognita rebus,

Apparet virtus, arguiturq; malis.

Dat mihi nostra locum tituli fortuna, caputq;

Conspicuum, pietas quæ tua tollat, habet.

Utere ⁱ temporibus, quorum nunc munere fretus es,

Et patet in laudes ^k area magna tuas.

ELEGIA IV.

Ad amicum, pro cuius nomine signa
ponit.

O Qui, nominibus ^l cum sis generosus avitis,
Exuperas morum nobilitate genus:

^l Quamvis sis nobilis. Periphr. per finition.

Cuius

^a Phaërontis
incendium
fulmine cō-
pressit. Idem
lib. 2. Metā.
& sevis com-
pescuit igni-
bus ignes.

^b Nec Cadmo
à Semele a-
lienatus fuit
ipius ambi-
tione.

^c Augusti.
^d Erubescas,
pudore suf-
fundaris.

^e Laudis &
gloriæ tuæ
occasionem
licet adver-
sam.

^f γνῶμη, quæ
amplificat
exemplis.

^g Via quæ
tendit ad
virtutem.

^h Incognita
Isodynamia

ⁱ τῶν καιρῶν
δύλῳν di-
cunt Græc.

^k Campus.

a Patrius cā-
dor. Poëtice
circuitie :
sicut *imago*
Luna apud
Virg. pro Lu-
na, & *robur*
aratro. pro
aratro.
b Eloquentia
Romana.
c Romano.
d Loco no-
minis pro-
prij.
e Virtus co-
gnita te in-
dicat.
f Si qualis
es, talis ap-
pares. Allu-
dit ad dictū
Socratis.
g Præstitum.
Novè dictū.
h Epith. vim
habet argu-
menti. Si. n.
justus est,
non potest
improbare
officium.
i Æquo ani-
mo fert; pa-
uitur.

Cujus inest animo^a patrii candoris imago:

Non careat numeris candor ut iste suis:

Cujus in ingenio est patriæ^b facundia lingua,

Qua prior in^c Latro non fuit ulla foro:

Quod minime volui, positus^d pro nomine signis

Dictus es: ignoscas laudibus ipse tuis.

Nil ego peccavi: e tua te bona cognita produnt:

f Si, quod es, appares; culpa soluta mea est.

Nec tamen officium nostro tibi carmine & factum

Principe tam^h justo posse nocere puro.

Ipse pater patriæ (quid enim civilius illo?)

i Sustinet in nostro carmine saepe legi.

Nec prohibere potest, quia res est publica, Caesar,

Et de communi pars quoque nostra bono est.

Juppiter ingenii præbet sua^k nomina vatium,

Seq; celebrari quolibet ore sinit.

l Causa tua exemplo superiorum tuta duorum est,

Quorum hic aspicitur, creditur ille Deus.

m Ut non debuerim, tamen hoc ego crimen habebō:

Non fuitⁿ arbitrii littera nostra tui.

Nec nova, quod tecum loquor, est injuria nostra:

Inco'umis cum quo saepe locutus eram.

Quo vereare minus, o ne sim tibi crimen amicus:

Invidiam, si qua est, auctor habere potest,

Nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis

(Hoc certe noli dissimulare) pater:

k Enall. numeri.

l Quod finis te celebrari.

M Ellips. nomen scil. tuum certis notis significare.

n Potestatis aut voluntatis.

o Ne sim tibi crimini:

ne amicitia mea tibi vertatur vitio.

Inge-

Ingeniumq; meum (potes hoc meminisse) probabat :

^a Plus etiam, quam me iudicē, dignus eram.

Deq; meis illo ^b referebat versibus ore,

In quo pars altæ nobilitatis erat.

Non igitur tibi nunc, quod ^c me domus ista recepit,

Sed prius ^d auctori sunt data verba tuo.

Nec data sunt (mibi crede) tamen : sed in omnib. a-

Ultima si demus ; vita ^e tuenda mea est. (Etis,

Hanc quoq; qua perii, culpam, scelus esse negabis :

Si tanti ^f series sit tibi nota mali.

Aut timor, aut error ; nobis prius obfuit error :

^g Ab sine me fati non meminisse mei :

^h Nève retractando nondum coëuntia rumpe

Vulnera : vix illis proderit ipsa quies.

Ergo ut jure damus pœnas : sic abfuit omne

Peccato ⁱ facinus ^k consiliumq; meo.

Idq; Deus sentit, pro quo nec ^l lumen ademtum est,

Nec mihi detractas possidet alter opes.

Forfitan hanc ipsam, vivat modò, finiet olim,

^m Tempore cùm fuerit lenior ira, fugam.

Nunc precor hinc aliò jubeat discedere : si non

Nostra verecundo vota ⁿ pudore carent.

^o Mitius exilium, pauloq; ^p propinquius ora.

Quiq; sit à sevo longius hoste, locum.

^q Tantaq; in Augusto est clementia : si quis ab illo

Hoc peteret pro me, forfitan ille daret.

^k *καίεσις*. ^l Vita : alii limen, h. e. domus. Synecd.

^{q. d.} nec domus mea publicata est, nec ademptæ sunt facultates. ^m Diuturnitate temporis. ⁿ Modestia in rogando.

^o Propter cœli inclement. ^p Propter loci distantiam. ^q Ab adjuncto personæ.

^a Anacoluth. Plus eram dignus illo iudicē, quam me ipso.

^b Loquebatur. Metaph. à deliberationibus politicis.

^c Me suum esse client. passa est.

^d Patri, quæ tibi auctor fuit hujus amicit. probando ingen. meum,

& loquendo honorif. de meis studiis.

^e Caret reprehensione.

^f Ordo, h. e. ut quædq; prius posteriusq; gestum est.

^g *παιδὸς* per exclamat. commiserat.

^h *δεν* isgratia. ⁱ *Μολι* crebra recordatione augere ægritudinem animi.

^j Alleg. ^k Peccandi malitia : *κακία*. Arist. 5. Ethic.

^l Peccandi malitia : *κακία*. Arist. 5. Ethic.

^m *κακία*. Arist. 5. Ethic.

Frigida

*Frigida me cohibent Euxini littora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*

Nem neq; jaçantur moderatis aequora ventis:

^a *Nec placidos portus hospita navis habet.*

Sunt circa gentes, quæ prædam sanguine querunt:

Nec minus infida terra timetur aqua.

Illi, quos audis hominum gaudere cruore,

Panè sub ejusdem frigoris axe jacent.

Nec procul à nobis locus est, ubi Taurica dirà

Cæde pharetratæ spargitur ara Deæ.

Hæc prius (ut memorant) non invidiosa nefandis,

Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.

Hic pro supposita ^b virgo Pelopejæ cerva

Sacræ ^c Deæ coluit qualiacunq; suæ.

Quò postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes

^d *Exactus furiis venerat ipse suis,*

Et comes exemplum veri Phocæus amoris,

Qui duo corporibus, mentibus unus erant:

Protinus evincti tristem ducuntur ad aram,

Quæ stabat geminas ante cruenta fores,

Nec tamen hunc suâ mors, nec mors sua terruit il-

Alter ab alterius funere mæstus erat. (lum:

Et jam constiterat stricto mucrone sacerdos:

Cinxerat & Grajas barbara vitta comas:

Cùm ^e vice sermonis fratrem cognovit, & illi

Pro nece complexus Iphigenejæ dedit.

Lata Deæ signum ^f crudelia sacra perosæ

Transtulit ex illis in meliora locis.

Hæc igitur regio magni panè ultima mundi,

Quâ fugere homines Diūq; propinqua mihi est.

Atq;

^a Supra dixit: mare portub. orbum.

^b Iphigenia.
^c Dianæ Tauricæ.

^d Ejectus, post interfectam matrem.

^e Loquendi vicissitudine, alterno sermone.
^f Immolationes hospitem.

Atq; meam terram prope sunt funebria sacra:

Si modò Nasonis burbara terra sua est.

O utinam venti, quibus est ablatas Orestes,

Placuo referant & mea vela Deo!

ELEGIA V.

Ad amicum, cujus nomen tacet, ne
noceat.

O mihi dilectos inter fors prima sodales,
Unica fortunis^a ara reperta meis:

Cujus ab alloquiis^b anima hac moribunda revixit,

Ut vigil infusa^c Pallade flamma solet:

Qui^d veritus non est portus aperire fides,

Fulmine percussæ confugiumq; rati:

Cujus eram^e censu non me sensurus egentem,

Si Casar^f patrias eripuisset opes:

Temporis oblitum dum me trahit & impetus hujus,

^h Excidit heu nomen quàm mihi pene tuum!

ⁱ Tu tamen agnoscis: tactusq; cupedine laudis,

Ille ego sum, cuperes dicere posse palam.

Certè ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem:

Et raram fama conciliare fidem,

Ne noceam^k grato vereor tibi carmine: neve

Intempestivus nominis^l obstet honor.

Quod licet, & tutum est,^m intra tua pectora gau-

Meq; tui memorem, teq; fuisse pium. (de,

ⁿ Tecum vel tacitè gaude: proverb. figura. Tibull. Qui

sapit, in tacito gaudeat ille sinu.

^a Per fugium.

Metaph.

sumta à son-

tibus,

^b Ego mori-

bundus.

συνεκδοχί-

κῶς.

^c Oleo. In-

vent. pro re

juventa.

^d Non dubi-

tasti me tue-

ri tuo patro-

cinio. Alle-

gor.

^e Reditibus,

divitiis.

^f Patrimo-

nium, hæ-

reditat.

Periph.

ὀπισθῆ.

^g Vis adver-

sæ fortunæ.

^h Nomen

tuum per

oblivionem

nsurpavi.

ⁱ Anacolu-

thon q. d.

etsi nomen

tuum non

exprimam,

tamen scis

cui dicam.

^k Ego gra-

tus. Hypall.

^l Fraudi sit

tibi.

g

Ut q;

Utq³ facis, ^a remis ad opem luctare ferendam,
 Dum veniat ^b placido mollior aura Deo:
 Et tutare ^c caput nulli servabile: si non,
 Qui mersit, Stygia sublevet illud aqua.
 Teq³ (quod est rarum) ^d presta constanter ad omne
^e Indeclinatæ munus amicitiae.
 Sic tua proessus habeat fortuna perennes:
 Sic ope non egeas ipse, juvesq³ tuos:
 Sic æquet tua nupta virum bonitate perenni,
 Incidat & vestro rara querela toro:
 Diligat & semper ^f socius te sanguinis illo,
 & Quo pius affectu Castora frater amat:
 Sic juvenis tibi consimilis sit natus: & illum
 & Moribus agnoscat quilibet esse tuum.
 Sic faciat socerum ^g tæda te nata jugali,
 Nec tardum juveni det tibi nomen avi.

^a Persistit in
 metaph.
 sumta à re
 nautica.
^b Placato. E-
 nallag.
^c Me: Pars
 pro toto.
^d Constantē
 te præbe. E-
 nallag.
^e Firmæ &
 stabilis. Me-
 taph. ab ar-
 tificiis.
^f Frater. Pe-
 riph. Virg.
 Et consangui-
 neus leti sopor.
^g Qua amo-
 ris affectio-
 ne.

^h Terent.
 Facile pro-
 bes illum es-
 se tuū, quia
 consimilis
 est moribus.
ⁱ Conjugio.
 Periph. per
 notation.
^k Antithesis
 suæ & alio-
 rum mise-
 riæ.

^l Elephas.

E L E G I A VI.

Omnia tempore leniri, sua verò mala ex-
 asperari, eo ipso quod diuturnitate fractus
 non sufficret iis ferendis.

Tempore ^k ruricolæ patiens sit taurus aratri:
 Præbet & incurvo colla premenda jugo.
 Tempore paret equus lentis animosus habenis:
 Et placido duros accipit ore lupos.
 Tempore Pœnorum compefcitur ira leonum:
 Nec feritas animo, quæ fuit antè, manet.
 Quæq³ sui jussis obtemperat ^l Inda magistri
 Bellua, servitium tempore victa subit.

Tempus

Tempus ut ^a extentis tumeat facit uva racemis :

^a Longis & expositis.

Vixq; merū captant grana, quod intus habent.

Tempus & in canas semen producit aristas :

Et, ne sint tristi poma sapore, facit.

Hoc tenuat dentem terram findentis aratri :

Hoc rigidos silices, hoc adamantina terit.

Hoc etiam sevas paulatim mitigat iras :

^b Hoc minuit luctus : mœstaq; corda leuat.

^b Sulpit. ad Cicer. Nullus dolor est, quem non longin-
quitas tempo-
ris minuat
atq; molliat.
^c Notatio
biennii ab
adjunctis.

Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,

Præterquam curas attenuare meas.

Ut patria careo, ^c bis frugibus area trita est :

Dissoluit nudo pressa bis una pede.

Nec quæsitæ tamen spatium patientia longo est :

Mensq; mali sensum nostra recentis habet.

Scilicet & veteres fugiunt iuga sepe iuuenti :

Et domitus freno sepe repugnat equus.

Tristior est etiam præsens ærumna priore :

Ut sit enim sibi par, crevit, & aucta mora est.

Nec tam nota mihi, quàm sunt, mala nostra fuerunt :

Sed magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant.

Est quoq; non minimum vires afferre ^d recentes :

^d Integras
illatas.

Nec præconsumptum temporis esse malis.

Fortior in fulva novus est luctator arena :

Quàm cui sunt tarda brachia fessa mora.

Integer est melior nitidus gladiator in armis,

Quàm cui tela suo sanguine tincta rubent.

Fert bene præcipientes navis modò facta procellas :

Quamlibet exiguo solvitur imbri vetus.

Nos quoq; quæ ferimus, tulimus patientius antè

Quàm mala sunt longa multiplicata die.

*Credite, deficio: nostroq; à corpore (quantum
Auguror) accedunt tempora parva malis.*

Nam neq; sunt vires, nec qui color esse solebat:

Vix habeo tenuem, quæ tegat ossa, cutem,

Corpore sed mens est ægro magis ægra, maliq;

In^a circumspectu stat sine fine sui.

^a Consideratione Metaph. à speculatoribus.

^b Urbs. Periphr. poetica.

^c Brachas iaduta.

Urbs abest facies: absunt mea cura sodales:

Et qua nulla mihi carior, uxor abest.

Vulgus adest Scythicum, ^c brachataq; turba Getæ-

Sic mala, quæ video, non videoq; nocent. (rum:

Una tamen spes est, quæ me soletur in istis,

Hæc fore morte mea non diuturna mala.

E L E G I A VII.

Accusat amicum, quòd ab eo literas non
acceperit

^d Poëtica periphr. an-
norù duùm.

B *Is me Sol^d adiit gelidam post frigore brumam,
Bisq; suum tacto pisce gegerit iter.*

^e Scribendi officium.

^f Resignavi.

Tempore tam longo cur non tua dextera versus

Quamlibet in paucos officiosa fuit?

Cur tua cessavit ^e pietas, scribentibus illis

Exiguus nobis cum quibus usus erat?

Cur quoties alicui dum charta^f vincula demsi,

Illam speravi nomen habere tuum?

Dii faciant, ut sæpe tua sit epistola dextra

Scripta, sed ex multis reddita nulla mihi.

^g Notatio poetica ejus quod fieri nequit.

Quod precor, esse liquet, ^g credam prius ora Medusæ

Gorgonis angvineis cincta fuisse comis;

Esse

Esse canes utero sub^a virginis: esse Chimeram,

A truce quæ flammis separat angue leam. (ctos,

^h Quadrupedesq; homines cum pectore pectora jun-

^c Tergeminumq; virum, ^d tergeminumq; canem.

Sphinxag; & Harpyas, ^e serpentipedesq; gigantes.

Centimanumq; Gygen, ^f semibovemq; virum?

Hæc ego cuncta prius, quàm te, carissime, credam

Mutatum, curam deposuisse mei.

^g Innumeri montes inter me teq; viæq;

Fluminaq; & campi, nec fræta pauca jacent.

Mille potest causis, à te quæ littera sæpe

Missa sit, in nostras rara venire manus.

Mille tamen causas ^h scribendo vince frequenter:

Excusem ne te semper amice mihi.

ELEGIA VIII.

Queritur se jam senem exulare.

Iam mea ⁱ cycneas imitantur tempora plumas;

Insicit & nigras alba senecta comas:

Jam subeunt anni fragiles, & inertior ætas:

Jamq; parum firmo ^k me mihi ferre grave est.

Nunc ^l erat, ut posito deberem sine laborum

Vivere, me nullo sollicitante metu:

Quæq; mea semper placuerunt ocia menti,

Carpere, & ^m in studiis molliter esse meis:

Et parvam celebrare domum, veteresq; penates,

Et quæ nunc domino rura paterna carent:

Inq; sinu ⁿ domine, carisq; nepotibus, inq;

Securus patria consenuisse mea.

g 3

Hæc

^a Scillæ.

^b Cætauros.

^c Geryonem.

^d Cerberum.

^e Anguincis

pedib. δρα-

κοντόποδας.

^f Minotau-

rum.

^g Homer.

ἐπιψημάλω

πολλὰ μετα-

ξύ Ούργιό τε

σκιόεντα. Πέ-

λαίωσ τε

ἰχθύεσσα.

^h Literarum

frequentia.

Hæc eleg.

coheret cū

præe. in m.

sc.

ⁱ Canescunt.

Periphr.

^k Ire, ince-

dere absque

scipione.

^l Scil. tem-

pus. Græca

ellipsis.

^m Vacare

studiis.

ⁿ Uxoris.

^o Græca ca-

sus mutatio.

a Ævum finire. Metaph. à ventis.
Alibi: Diu aliter visum,
b Enn. Sicut fortis equus spatio qui sape supremo Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.
c Ab effectu. Metaleps. d Sublevari omni laboris molestia. A consuetudine gladiatorum cmentorū. Horat. 10. Ep. Spectatum satum & donatum jam rude.
e In peregrina regione spiritum ducere.
f Non præfago futurorum.
g Ab extrema senectute. Metaph. à curuli certamine.

Hæc mea sic quondam peragi speraverat ætas:
 Hos ego sic ^a annos ponere dignus eram.
 Non ita diis visum, qui me terrarū, mariq;
 Actum Sarmaticis exposuere locis.
 In cava ducuntur quassæ navalia puppes,
 Ne temerè in mediis dissoluantur aquis.
 Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas,
 Languidus in pratis gramina carpit equus.
 Miles ubi emeritis non est satis utilis armis,
 Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.
 Sic igitur ^c tarda vires minuente senecta,
 Me quoq; ^d donari jam rude, tempus erat,
 Tempus erat nec me ^e peregrinum ducere cælum,
 Nec siccam Getico fonte levare sitim.
 Sed modò, quos habui, vacuos secedere in hortos:
 Nunc hominum visis rursus & urbe frui.
 Sic animo quondam ^f non divinante futura
 Optabam placidè vivere posse senex.
 Fata repugnarunt: quæ, cum mihi tempora prima
 Mollia præbuerint, posteriora gravant.
 Jamq; decem lustris omni sine labe peractis,
 Parte premor vitæ deteriore meæ.
 Nec procul ^g à metis, quas pene tenere videbar,
 Curriculo gravis est facta ruina meo.
 Ergo illum demens in me se vivere coëgi,
 Mitius immensus quo nihil orbis habet:
 Ipsaq; delictis victa est clementia nostris,
 Nec tamen errori vita negata meo est.
 Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est,
 Quæ maris Euxini terra sinistra jacet.

Hæc

Hæc mihi si^a Delphos, Dodonaq³, diceret ipsa:

Esse videretur vñus uterq³ locus.

Nil adeò validum est, b adamas licet alliget illud,

Ut maneat rapido firminus igne Jovis.

Nil ita sublime est, supraq³ pericula tendit,

Non sit ut inferius suppositumq³ Deo.

Nam quanquam c vitio pars est contracta malo-

Plus tamen exitii numinis ira dedit. (rum,

At vos admoniti nostris quoq³ casibus este.

Æquantem superos d emeruisse virum.

ELEGIA IX.

Admonet quendam, ne pergat
lædere.

Silicet, & pateris, nomen facinusq³ tacebo:

Et tua c Lethæis acta dabuntur aquis:

Nostraq³ vincetur lacrymis clementia seris:

Fac modò te pateat pœnituisse tui.

Fac modò te damnes: cupiasq³ eradere vite

Tempora, si possis, f Tisiphonea tua.

Sin minus, & flagrant odio tua pectora nostro:

g Induet infelix arma coacta dolor.

Sim licet extremum, sicut sum missus, in orbem,

Nostra suas istinc porriget ira manus.

Omnia, si nescis, Caesar mihi jura reliquit:

Et sola est patria pœna carere mea.

h Dolor mihi præter voluntatem arma suggeret.

ι λυκὸς χυμὸς.

a Oraculum

Delphicum

& Dodonæ-

um. Meto-

nym. Pro-

per. lib. 2.

Sed tibi jam

videor Dodo-

na verior au-

gur,

b Proverb. fi-

gura vincu-

la adaman-

tina de fir-

miss. usur-

pantur: qui-

bus apud

Homer. Vul-

canus Mart.

& Vener. ir-

retit.

c Culpæ meæ

accepta se-

renda est.

Metaph. a

morbis con-

tagiosis.

d Demereri:

Augustum

Diis parem

placatum

habere.

e Oblivioni

tradentur,

oblitera-

buntur.

f Furialia &

maligna.

g hñois, in-

vidiam &

studium no-

cendi Tisiph-

proprium.

Et patriam, modò sit sospes, speramus ab illo :

^a Proverb.
versiculus.

^a Sape Jovis telo quercus adusta viret.

^b Septentrio-
nes, qui nun-
quam occi-
dunt.

Deniq; vindictæ si sit mihi nulla facultas :

Pierides vires, & sua tela dabunt.

^c Proverb.
figura. Ita

Ut Scythicis habitem longè summotus in oris :

alibi : tunc
pauper cor-
nua sumit.

^b Siccaq; sint oculis proxima signa meis :

^d Nondum
taurus in
circo irrita-

Nostra per immensas ibunt præconia gentes :

Quodq; querar, notum, quâ patet orbis, erit.

tur, quod
fiebat obje-
ctis hominû
effigieb. ex

Ibit ad occasum, quicquid dicemus, ab ortu :

Testis & Hesperiae vocis Eous erit.

fœno efficitis.

Trans ego tellurem, trans altas audiar undas :

Et gemitus vox est magna futura mei.

^e Metaph.
ducta à re
militari.

Nec tua te fontem tantummodò secula norint,

Perpetuæ crimen posteritatis eris.

^f Pelignor.
metropolis,
condita an-
te urb. Rom.

Jam feror in pugnas : & nondum ^c cornua sumsi :

Nec, mihi sumendi causa sit ulla, velim.

annis circi-
ter CD.

^d Circus adhuc cessat : spargit tamen acer arenam

Taurus, & infesto jam pede pulsat humum.

^g Hircias &
Pansa prælio
Mutinensi,
quo anno

Hoc quoq; quàm volui, plus est : ^e cane Musa rece-

Dum licet huic nomen dissimulare suum. (ptus,

Cicero in-
terfectus est.

E L E G I A X.

De seipso, ad posteritatem.

^h Equestris
dignitatis

Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum,

Quem legis, ut noris, accipe posteritas.

acceptæ à
majorib.

^f Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,

Mellia qui novies distat ab urbe decem.

multis retro
annis,

Editus hinc ego sum : nec non ut tempora noris,

Cùm cecidit fato & Consul uterq; pari.

Si quid id est, usq; à proavis verus ^h ordinis heres,

NOB

Non modò fortunæ munere factus eques,
Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,
Qui tribus antè quater mensibus ortus erat.

^a Lucifer amborum natalibus adfuit idem:

Una celebrata est per duo liba dies.

^b Hæc est armiferæ festis de quinq; Minervæ,

Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Protinus excolimur teneri, curaq; parentis

Imus ad insignes urbis ab arte viros.

Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,

Fortia verbosi natus ad arma fori.

At mihi jam puero cœlestia sacra placebant,

Inq; suum furtim Musa trahebat opus.

Sæpe pater dixit: Studium quid inutile tentas?

^c Mæonides nullas ipse reliquit opes.

Motus eram dictis: totoq; Helicone relicto,

Scribere conabar ^d verba soluta modis.

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos:

Et, quod tentabam scribere, versus erat.

Interea tacito passu labentibus annis

^e Liberior fratri sumtâ mihiq; toga est.

Induiturq; humeris ^f cum lato purpura clavo,

Et studium nobis, quod fuit antè, manet.

Jamq; decem vitæ frater geminaverat annos,

Cum perit, & cæpi parte carere mei.

Cepimus & tenere primos ætatis honores,

Deq; viris quondam pars tribus una fui.

Curia restabat: & clavi mensura coacta est:

Majus erat nostris viribus illud onus.

^a Dies. Syn.

^b Secundus dies Quinquatr. h. e. XIII. Kal. April. Nam ut in Fast. ait: Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferro.

^c Homerus mendicus.

^d Prosa orationem.

^e Toga enim sumta vitæ liberioris initium erat, cum antea sub pædagogis essent.

^f Synecdoch.

ἡ τὸ πρῶτον

ἢ five toga virilis, cui prætexta erat purpura.

^g Cum enim post sumtam virilem togâ tunicâ usus esset lati clavi, recusata senatoria dignitate clavum restrictum five angustum sit.

Vide Manut. in quæsit. per epist. de tun. Romanæ. Itē Turneb. lib. I. cap. 2.

Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori:
^a Sollicita^q fugax ambitionis eram.
 Et petere Aonia suadebant tuta sorores
 Ocia, iudicio semper amata meo.
 Temporis illius colui fovi^q poetas:
 Quot^q aderant vates, rebar adesse deos.
 Sape suas volucres legit mihi grandior avo,
 Quae^q nocet serpens, quae juvat herba, Macer.
 Sape suos solitus recitare Propertius ignes,
 Jure sodalivio qui mihi junctus erat.
^b Ponticus heros, Bassus quo^q clarus jambo:
 Dulcia convictus membra fuere mei.
 Et tenuit nostras ^c numerosus Horatius aures,
 Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
 Virgilium vidi tantum: nec ^c avara Tibullo.
 Tempus amicitiae fata dedere meae.
 Successor fuit hic tibi Galle, Propertius illi:
 Quartus ab his serie temporis ipse sui.
 Ut^q ego majores, sic me coluere minores:
 Nota^q non tarde facta ^c Thalia mea est.
 Carmina cum primum populo juvenilia legi:
 Barba resecta mihi bisve semelve fuit.
 Moverat ingenium totam cantata per urbem
 Nomine non vero dicta Corinna mihi.
 Multa quidem scripsi: sed, quae vitiosa putavi,
 Emendaturis ignibus ipse dedi.
 Tunc quo^q cum fugerem, quaedam placitura cre-
 Iratus studio carminibus^q meis. (mavis
 Molle, cupidineis nec inexpugnabile telis
 Cor mihi, quod^q levis causa moveret, erat.

b Ad Ponsi-
 cum & Bas-
 sum extant
 elegiae Pro-
 pert. lib. I.

a Propter
 varietatem
 metrorum
 carm. lyrici.

d Quae ante
 diem rapue-
 runt. Tibull.
 Ita alibi.

Optima prima
 ferè manibus
 rapiuntur a-
 variu.

e Musa. Spec.
 pro genere.

Cum

Cum tamen hoc essem, minimoq; accenderer igne,

^a Nomine sub nostro fabula nulla fuit.

Pene mihi puero nec digna nec utilis uxor

Est data, quæ tempus per breve nupta fuit.

Illâ successit, quanvis sine crimine, conjux,

Non tamen in nostro firma futura toro.

Ultima, quæ mecum seros permansit in annos,

Sustinuit conjux exulis esse viri.

Filia me mea bis prima secunda juventa,

Sed non ex uno conjugè, fecit avum.

Et jam complerat genitor sua fata; ^b novemq;

Addiderat lustris altera lustra novem:

Non aliter flevi, quam me fleturus ademtum

Ille fuit: ^c matris proxima busta tuli,

Felices ambo, tempestiveq; sepulti,

Ante diem ^d pœnæ quod periére meæ.

Me quoq; felicem, quod non viventibus illis

Sum miser. ^e de me quod doluère nihil.

Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina restant,

^e Et gracilis structos effugit umbra rogos:

Fama parentales si vos meæ contigit umbra,

Et sunt in Stygio crimina nostra foro:

Scite precor causam (nec vos mihi fallere fas est)

Errorè iussæ, non scelus, esse fugæ.

^f Manibus hoc satis est, ad vos studiosa revertor

Pectora, quæ vitæ queritis acta meæ.

Jam mihi canities pulsus melioribus annis

Venerat, ^g antiquas miscueratq; camas:

Postq; meos ortus ^h Pisca vinetus oliva

ⁱ Abstulerat decies præmia victor eques:

^a Nulla fui notat9 igno-
rancia pro-
pter amo-
res. Idem9
Amor. Fabu-
la, nec sentu
tota jactari
in urbe.

^b Natus an-
nos xc.

^c Post patrè
matrem ex-
tuli.

^d Exilii.

^e Si anima
cum corpo-
re non cre-
matur.

^f Ad manes
non opus est
excusatione
prolixiore.

^g Nigris ca-
nos admi-
scuerat.

^h Qua coro-
nabantur
apud Pisas
in Olym.
certamine
victorea.

ⁱ Notatio
annor. L. nã
Ovidio O-
lympias est
quinquenis:
cùm revera
quarto quo-
que anno
exacto O-
lympia cele-
brarentur.

CUM

Cum maris Euxini positos ad lava Tomitas

Querere me lesi principis ira jubet.

Causa mea cunctis nimium quoque nota ruinae,
Indicio non est testificanda meo.

Quid referam comitumque nefas? famulosque nocentes?
Ipseque multa tuli non leviora fuga.

Indignata malis mens est succumbere, sequi
Praestitit invictam, viribus usa suis.

Oblitusque mei, ductaque per ocia vita,
Insolita cepi temporis arma manu.

Totque tuli terra casus pelagoque, quot inter
Occultum stellae^a conspicuumque polum.

Tacta mihi tandem longis erroribus acto
Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

Hic ego finitimis quamvis circumsonor armis:
Tristia, quo possum carmine, fata levo.

Quod, quamvis nemo est, cuius referatur ad aures,
Sic tamen absumo decipioque diem.

Ergo quod vivo, longisque laboribus obsto,
Nec me sollicitae tedia lucis habent:

Gratia Musae tibi: nam tu solatia praebes:
Tu curae requies, tu medicina venis.

Tu dux & comes es: tu me subducis ab Istro,
In medioque mihi das Helicone locum.

Tu mihi, quod rarum est, vivo sublime dedisti
Nomen, ab exequiis quod dare fama solet.

Nec, qui detrectat^e praesentia livor, iniquo
Ullum de nostris dente momordit opus.

Nam tulerint magnos cum secula nostra poetas,
Non fuit ingenio fama^f maligna meo.

Cumque

^a Antarciticum.

^b Arcticum.

qui Virgilio
sublimis est
vertex I. Ge-
org.

^c Diuturnis.

Facis ut ob-
liviscar Istri.
Ita in v. meque
ipse reduco

^d A contempla-
tu semoveoque
mali:

^e Propert.

Magis ab ex-
equiis nomen
in ora venit.

^f Vivorum
laudibus
obtretrat.

Iniqua, in-
vida.

Cumq; ego præponam multos mihi, non minor illis

Dicor: & in toto^a plurimus orbe legor.

Si quid habent igitur vatum præfagia veri,

Protinus ut moriar, non^b ero terra tuus.

Sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam:

Jure tibi grates, candide lector, ago.

P. OVIDII NASO-
NIS TRISTIUM

Liber quintus.

ELEGIA I.

Ad amicum, ut & hunc librum acci-
piat.

Hunc quoq; de Getico, nostri studiose, libellum
Littore, præmissis quattuor adde mei.

Hic quoq;^c talis erit, qualis fortuna poetæ:

Invenies toto carmine dulce nihil.

Flebilis ut noster status est: ita flebile carmen,

^d Materia scripto conveniente sua.

^e Integer & lætus læta & juvenilia lusi,

Illam tamen nunc me composuisse piget.

Ut cecidi, subiti perago præconeæ casus,

Sumq; argumenti conditor ipse mei.

Utq; jacens ripa deflere^f Caystrius ales

Dicitur^g ore suam deficiente necem:

^a Scripta
mea pluri-
ma legun-
tur. Meton.

^b In cinerem
totus redi-
gar, fama
nominis mei
superfite.

Horat.

Non omnis
moriar, mul-
taq; pars mei
vixit. Libit.

^e Tristis.

^d Fortunæ
poetæ.

^e Nondum
exilio mul-
tatus.

^f Cygnus ad
Caystr. am-
nem. Virg. I.
Georg.

--- & qua A-
sta circ. Dul-
cibus in stagn.
rimantur præ-
ta. Caystri.

^g Jam jam
morigerus.

Arist. 9. de
hist. anim.

Phile. de
prepr. ani-
mal.

Sic

Sic ego Sarmuticas longè projectus in oras,
Efficio tacitum ne mihi funus eat.

Delicias si quis, lascivaq; carmina querit :

Premoneo nunquam scripta quòd ista legat.

Aptior huic Gallus, blandiq; Propertius oris :

Et plures, quorum nomina magna vigent.

Atq; utinam numero nos non essemus in isto :

Hei mihi, cur unquam Musa locuta mea est ?

Sed dedimus pœnas : Scythiciq; in sinibus Istri

Illi pharetrati lusor Amoris abest.

Quod superest, ^a socios ad publica carmina flexi,

Et memores jussi nominis esse mei.

Si tamen ex vobis aliquis tam multa requireret

Unde dolenda canam : multa dolenda tuli.

Non hæc ingenio, non hæc componimus arte :

^b Materia est propriis ingeniosa malis.

Et quæta fortune pars est in carmine nostræ ?

Felix qui patitur quæ numerare potest.

^c Quod frutices sylvæ, quot flavas Tybris arenas,

Mollia quot Martis gramina campus habet :

Tot mala pertulimus : quorum medicina quiesq;

Nulla, nisi in studio est Pieridumq; ^d mora.

Quis tibi Naso ^e modus lacrymosi carminis? inquit,

Idem, fortune qui modus hujus, erit.

Quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat :

Nec mea sunt, ^f fati verba sed ista mei.

At mihi si cara patriam cum conjuge reddas :

Sint vultus hilares, simq; quòd antè fui.

Lenior invicti si sit mihi Cæsaris ira :

Carmina lætitiæ jam tibi plena dabo.

^a Carmina
quæ publi-
cavi, ad so-
dales direxi,
ad eos scri-
bendo.

^b Argumen-
tum, hypo-
thesis.

^c Notatio
infininitatis
malorum
hyperboli-
ca.

^d Argenti-
Mularum
tractatione.

^e Finis, mo-
deratio. Vir-
gil. Sed quis
erit modus?

^f Fortune
querentis.

Non tamen ut lusit, rursus mea littera ludet :

Sit semel illa joco luxuriata meo.

Quod probet ipse canam; pœnæ modò parte levata,

Barbariam, rigidos effugiamq; Getas.

Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli ?

^a Tibia funeribus convenit ista meis.

At poteras, inquis, melius mala ferre silendo :

Et tacitus casus dissimulare tuos.

^b Exigis ut nulli gemitus tormenta sequantur :

Acceptoq; gravi vulnere flere vetas.

Ipsè Perilleo Phalaris permisit in ære

Edere mugitus, & bovis ore queri.

Cùm Priami lacrymis offensus non sit Achilles :

Tùn fletus inhibes, durior hoste, meos ?

Cùm faceret Nieben orbam ^c Latonia proles :

Non tamen & siccas jussit habere genas.

Est aliquid, fatale malum per verba levare :

Hoc querulam Prognen Halcyonenq; facit.

Hoc erat in gelido quare ^d Pæantius antro

Voce fatigaret Lemnia saxa sua.

^e Strangulat inclusus dolor, atq; cor estuat intus,

Cogitur & vires multiplicare suas.

Da veniam potius : vel totos tolle libellos :

Si mihi non prodest, hoc tibi, lector, obest.

Sed nec obesse potest ulli : nec scripta fuerunt

Nostra, nisi auctori perniciofa suo.

^f At mala sunt, fateor : quis te mala sumere cogit ?

Aut quis deceptum ponere sumta vetat ?

Ipsè nec hoc mando : sed, ut huc deducta legantur,

Non sunt illa suo barbariora loco.

^a Alludit ad funerum cōsuetudinem, in quibus nenia canebatur à tibi-cine, laudes defuncti recensens. ^b Ab impossibili.

^c Apollo & Diana. Vide lib. 6. Metaph.

^d Philoctetes Pæantis filius. Antonom.

^e Suffocat, coarctatione spiritus in corde.

^f ἀνθρώπων ἐπι.

Nec

*Nec me Roma suis debet conferre poetis :
Inter Sauromatas ingeniosus eram.*

*a Calcar ad-
dere.*

*Deniq; nulla mihi captatur gloria, quaeq;
Ingenio ^a stimulos subdere fama solet.*

Nolumus assiduis animum tabescere curis :

Quae tamen irrumpunt, quoq; vetantur eunt.

Cur scribam docui : cur mittam quaeritis istos :

Vobiscum cupio quolibet esse modo.

E L E G I A II.

*Ad uxorem, ne timeat rogare Cæsa-
rem.*

b Anxia.

*c Est feren-
dis malis.*

*d Diurni-
tate tempo-
ris. longa
mora-*

e Coalitura.

*f Herculis
sagitta hy-
drae veneno
infecta.*

*g Achillis
scilicet. Pro-
pert. eleg. 1.
lib. 2.*

*Hac ipsa cu-
spide sensit
opem.*

E*Cquid, ut è Ponto nova venit epistola, palles ?
Et tibi ^b sollicita solvitur illa manu ?*

*Poni metum : valeo : corpusq; quod antè laborum
Impatiens nobis, invalidumq; fuit ;*

d Sufficit, atq; ipso vexatum induruit usu :

An magis infirmo non vacat esse mihi ?

*Mens tamen agra jacet : nec ^d tempore roborata sum-
Affectusq; animi, qui fuit antè, manet. (sit :*

*Quaeq; mora, spatioq; suo ^e coalitura putavi,
Vulnera non aliter, quàm modò facta, dolent.*

Scilicet exiguis prodest annosa vetustas :

Grandibus accedunt tempore damna malis.

Pane decem totis aluit Peantius annis

Pestiferum tumido vulnus ab ^f angve datum.

Telephus aeterna consumtus tabe perisset :

Si non, quae nocuit, ^g dextra tulisset opem.

Et

Et mea, si facinus nullum commisimus, opto
Vulnera qui fecit, facta levare velit.

Contentusq; mei jam tandem parte doloris,
Exiguum pleno de ^a mare demat aquæ.

Detrahat ut multum, multum restabit acerbi:

Barsq; meæ pœnæ totius instar erit.

^b Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,

Quotve soporiferum grana papaver habet:

Sylva feras quot alit: quot piscibus unda natatur:

Quot tenerum pennis aëra pulsat avis:

Tot premor adversis: quæ si comprehendere coner,

^c Icarie numerum dicere coner aquæ.

^d Utq; via casus, ut amara pericula ponti,

Ut taceam strictas in mea fata manus:

Barbara me tellus, orbisq; novissima magni

Sustinet, & sevo cinctus ab hoste locus.

Hinc ego ^e trajicerer (neg; n. mea culpa ^f cruenta est

^g Effet, quæ debet, si tibi cura mei.

Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est,

Sapè suo victor lenis in hoste fuit.

Quid dubitas? & tuta times? accede, rogaq;:

Cæsare nil ingens mitius orbis habet. (quunt,

Me miserum, quid agam: si proxima quæq; relin-

^h subtrahis & fracto tu quoq; colla iugo.

Quò ferar? unde petam lapsis solatia rebus?

Anchora jam nostram non tenet ulla ratem.

ⁱ Viderit: ipse sacram quamvis invisus ad aram

Confugiam, nullas summovet ara manus.

^a Antiqua
declinatio-
ne, teste Pri-
sciano. Et est
allegoria.

^b Hyperbo-
lica amplifi-
catio.

^c Maris, cui
Icarus no-
men fecit.
Vide 8. Me-
tam. Ex spe-
cie genus.
Horat. Lu-
ctantem Icar.
fluctibus, Afri-
cum.

^d Præteritio.
^e Aliò mitte-
rer.

^f Capitalis.
^g Si qua par
est, cura cau-
sam meam
ageres.

^h Opem mihi
tuam negas.
Allegor.

ⁱ Cæsar scil.

h

*ELE-

* E L E G I A III

Ad Cæsarem, ut sibi jam parcat.

Hanc elegiam nonnulli cōjungunt cum precedente: quæ enim sequuntur, duntaxat *ἄποσποφλέω* ad Cæs. complectuntur, quem Poëta ab omnibus desertus se accessurum dicit, licet absentem: id quod deinceps facit invocando eum tanquam numen.

^a Horat. lib. 1. Carm. Serus in cælum redeat.

^b Reliquum fulminis.

^c Nec bonis multatus sum, sicut ceteri exules. Cicer. 5. Tusc.

^d Augusti sc. non iudicio Senatus, iudiciumve sententiis.

Idem lib. 2. Trist. eleg. 2. Et lib. 5. eleg.

12.

Alloquar en absens absentia numina supplex;
 Si fas est homini cum Jove posse loqui.
 Arbiter imperii, quo certum est sospite cunctos
 Ausonia curam gentis habere Deos:
 O decus, o patriæ per te florentis imago!
 O vir non ipso, quem regis, orbe minor!
 Sic habites terras, & te desideret æther:
^a Sic ad pacta tibi sidera tardus eæs:
 Parce precor: minimamq; tuo de fulmine partem
 Deme: satis pœnæ, ^b quod superabit, erit.
 Ira quidem moderata tua est: vitamq; dedisti:
 Nec mihi jus civis, nec mihi nomen abest.
^c Nec mea concessa est aliis fortuna: nec exul
^d Edicti verbis nominor ipse tui.
 Omniaq; hæc timui, quoniam meruisse videbar.
 Sed tua peccato lenior ira meo est.
 Arva relegatum jussisti visere Ponti,
 Et Scythicum profuga scindere puppe fretum:
 Jussus ad Euxini deformia littora veni
 Æquoris: hæc ^e gelido terra sub axe jacet.
 Nec me tam cruciat nunquam sine frigore cælum:
 Glebaq; canenti semper obusta gelu:
 Nesciaq; est vocis quod barbara lingua Latine:
 Grataq; quod Getico mista loquela sono est:
 Quam quod finitimo cinctus premor undiq; Marte:
 Vixq; brevis tutum murus ad hoste facit.

^e Boreali Septentrionali:

PAW

Pax tamen interdum est: ^a pacis fiducia nunquam:

Sic hic nunc patitur, nunc timet arma locus.

Hinc ego dum muter, vel me ^b Zanglea Charybdis

Devoret: atq; suis ad Styga mittat aquis:

Vel rabida flammis utar patienter in Aetna:

Vel freta ^c Leucadii mittar in alta dei.

Quod petimus, poena est: neque enim miser esse re-
cuso:

Sed precor, ut possim ^d tutius esse miser.

^a Pax certa
seu fida. Ab-
stract. pro
concreto.

^b A Zancle
Siciliae urbe.
Synecd.

^c Apollinis,
qui Leucade
colebatur.

^d Tutiore
loco.

ELEGIA IV.

Ad Bacchum, ut pro se Caesarem
roget.

Illa dies haec est: qua te celebrare poëtae,

Si modò non fallunt tempora, Bacche solent

Festaq; odoratis innectunt tempora sertis;

Et dicunt laudes ad tua vina tuas.

Inter quos nemini, dum me mea fata sinebant,

Non invisa tibi pars ego saepe fui:

Quem nunc suppositum stellis Erymanthidos ursae

Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.

Quiq; prius mollem, vacuamq; laboribus ego

In studiis vitam, Pieridumq; choro:

Nunc procul à patria Geticis circumsonor armis,

Multa prius pelago, multaq; passus humo.

Sive mihi casus, sive hoc dedit ira deorum:

^e Nubila nascenti seu mihi Parca fuit.

^e Iniqua. Me-
tonym. Hor.
Quem in Meli-
pomene semel
Nascentem
placido lumi-
ne videris.

h 2

Tu

Tu tamen è sacris hederæ cultoribus unum
Numine debueras sustinuisse tuo.

^a Parca: dif-
pensatrices
satorum.

^b Non est
amplius pe-
nes arbitriū
Dei, qui &
ipse est fato
obnoxius.

^c βεβαιωσις
ab exemplo
Bacchi.

^d Ganges. n.
teste Strabo,
Indiæ fluvius
maxim. om-
nium flu-
minum, quæ
tribus con-
tinentibus
memorantur
lib. 15.

^e Idem alibi
Satus iterum
& Binater
appellatur.

^f Notatio
Capanei.

^g Me Poëtam
tuum Augu-
sti icū pro-
stratum.

^h Semeles Jo-
vis fulmine
conflagan-
tis.

An ^a Domine fati quicquid cecinere sorores,

^b Omne sub arbitrio desinit esse Dei?

^c Ipse quoque ætherias meritis invector es arces,
Quò non exiguo facta labore via est.

Nec patria est habitata tibi, sed ad usque nivosum
Strymona venisti, Marticolamque Geten,

Persidaque, & ^d lato spaciante flumine Gangem,
Et quascunque bibit decolor Indus aquas.

Scilicet hanc legem nentes fatalia Parca
Stamina ^e bis genito bis cecinere tibi.

Me quoque, si fas est exemplis ire deorum,
Ferre a fors vitæ difficilisque premit.

Illo nec melius cecidi, ^f quem magna locutum
Reppulit à Thebis Juppiter igne suo.

Ut tamen audisti & percussum fulmine vatem:
Admonitu ^h matris condoluisse potes.

Et potes, aspiciens circum tua sacra Poetas,
Nescio quis nostri, dicere, cultor abest.

Fer bone Liber opem: ⁱ sic altera degravet ulmum
Vitis, & incluso plena sit uva mero:

Sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava juvenus
Adsit: & ^k attonito non taceare sono:

Ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi:
Impia nec pœnâ Pentheos umbra vacet:

ⁱ Peculiaris hujus voculæ usus in hujusmodi obtestatio-
ne. Tibull. libr. 3. Eleg. ult. Sic sit tibi myst. vitis. Item Eleg. 3.
hujus libri.

^k Baccharum sono: qui homines reddit attonitos.

Sic

Sic micet æternum, vicinaq; sidera vincat

^a Conjugis in cælo clara corona tua.

Hæc ades, & casus relevés pulcerrime nostros:

Unum denumero me, memor, esse tuo.

Sunt diis inter se commercia: flectere tenta

Cæsareum numen numine, Bacche, tuo.

Vos quoq; consortes studii, pia turba, Poëtae,

Hæc eadem sumto quisq; rogare mero.

Atq; aliquis vestrum Nasonis nomine dicto,

Deponat lacrymis pocula mista suis.

Admonitusq; mei, cum circumspexerit omnes:

Dicat, ubi est nostri pars modo Naso chori?

Idq; ita, si vestrum merui candore favorem:

Nullaq; iudicio ^b littera læsa meo est:

Si veterum dignè veneror cum scripta virorum,

^c Proxima non illis esse miæora reor.

Sic igitur ^d dextro faciatis Apolline carmen:

Quod licet inter vos, nomen habete meum.

*^a Ariadnæ:
quæ à Bac-
cho inter si-
dera relata,
Corona bo-
realis dici-
tur, & Gno-
fia.*

*^b Nullius
carmen no-
tavi censuræ
mea.*

*^c Nostræ æ-
tatis Poëta-
rum.*

^d Propitiæ.

ELEGIA V.

*Loquitur Epistola auctoris in-
commoda.*

Litorea ab Euxino Nasonis Epistola veni,

Lassa q; facta mari, lassa q; facta via.

Qui mihi flens dixit, tu, cui licet, aspice Romam:

Heu quantò melior fors tua sorte mea est!

Flens quoq; me scripsit: nec qua signabar, ad os est

Ante, sed ad madidas gemma relata genas.

b 3

Tristi-

Tristitiæ causam si quis cognoscere querit :

^a Ostendi solem postulat ille sibi.

^b Nec frondem in silvis, nec aperto mollia prato
Gramina, nec pleno flumine cernit aquas.

Quid Priamus doleat, mirabitur Hectore raptō :

Quidve Philoctetes ictus ab angve gemat.

^c Du facerent, utinam talis status esset in illo :

Ut non tristitiæ causa dolenda foret.

Fert tamen, ut debet, casus patienter amarus :

More nec indomiti fræna recusat equi.

Nec fore perpetuam sperat sibi^d numinis iram,

Conscius in culpa non scelus esse sua.

Sæpe refert, sit quanta Dei clementia : cuius

Se quoq; in exemplis annumerare solet.

Nam quod opes teneat patrias, quod nomina civiū :

Deniq; quod vivat : munus habere Dei.

Te tamen (o si quid credis mihi) carius ille

Omnibus in toto pectore semper habet.

Teq; ^e Menetiaden, te ^f qui comitatus Orestem,

Te vocat & Ægiden, Euryalumq; suum.

Nec patriam magis ille suam desiderat ; & que

Plurima cum patria sentit abesse sibi :

Quam vultus, oculosq; tuos, o dulcior ille.

Melle, quod in ceris ^h Attica ponit apis.

Sæpè etiam mœrens tempus reminiscitur illud,

Quod non preventum morte fuisse dolet.

Cumq; alii fugerent subitæ contagia cladis :

Nec vellent ictæ limen adire domus :

Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem,

Si paucos aliquis trêsvè duôsve vocat.

QUANTUM

^a Proverbial.
allegoria si-
milis illi : So-
li lumen in-
ferre.

^b Notario
hominis stu-
pidi.

^c Recepta
antiquitus
precationum
verba. Ita
lib. 4. eleg. 7.

^d Du faciant, ut
sæpe tua sit E-
pist. dextra
Scripta.

^e Augusti Cæ-
saris, quem
jam dum vi-
ventem di-
vinis affece-
runt hono-
ribus.

^f Patroclum
Menetii F.
Pyladen.

^g Theæum
ab Ægeō ge-
nitum. Pro-
verb. *αἰὲν ἔ-
στιν.*

^h A loco
præstantia
notatur mo-
re Poëta-
rum.

Quamvis attonitus: sensit tamen omnia: nec te
Se minus adversis indoluisse suis.

Verba solet vultumq; tuum, gemitusq; referre,
Et, te flente, suos demaduisse sinus:

Quam sibi praestiteris, qua consolatus amicum
Sis ope, solandus cum simul ipse fates.

Pro quibus affirmat fore se memoremq; piamq;
Sive diem videat, sive tegatur humo.

Per caput ipse suum solitus jurare tuumq;
Quod scio non illi vitius esse suo.

Plena tot & tantis referetur gratia factis,
Non sinet ille^a tuos littus arare boves.

Fac modo constanter profugum tueare: quod ille,
Qui bene te novit, non rogat, ^b ipsa rogo.

ELEGIA VI.

Celebrat natalem uxoris.

Annuus assuetum dominae natalis honorem
Exigit: ite manus ad mea sacra mea.

Sic quondam festum^c Laertius egerat heros
Forsan in extremo conjugis orbe diem.

Lingua^d favens adsit nostrorum oblita malorum,
Que puto dedidicit jam bona verba loqui:

Quaeq; semel toto vestis mihi sumitur anno,
Sumatur fati discolor alba meis.

^e Araq; gramineo viridis de cespite fiat:
Et velet tepidos nexa corona focos.

Da mihi thura, puer, pingves facientia flammis:
Quodq; pio fusum stridat in igne merum.

h 4

Opti-

^a Te operam
ludere: ἐλ-
λινθεῖν κῶς.
Idem Oenon.
Non p. ojectu-
m littora boh.

^a at
Epistola Na-
sonis.

^c Ulysses. Pe-
ripha.

^d ὁ ἀπὸ τοῦ οὐ-
ρου.

Et ita Paul.
Faventiam

bonam o-
minationem

interpreta-
tur: & fave-

re, bona ver-
ba fari.

^e Genio sci-
licet: ut ap-

paret ex Ti-
bullo.

Optime natalis, ^a quanvis procul absumus, opto

^a Ita Tibull.

Candidior
semper candi-
diorq; vet i. A
natali enim
petebatur,
ut candidus
veniret.

^b Fortuna
mea nuper
afflicta ad-
modum. Al-
leg.

^c Calamita-
te, adverfi-
tate.

^d Ipsius an-
nos contra-
cta quasi la-
be a meis.

^e ἰσχυροφῆ
πυρρῆ ab
attestatione
ominis.

^f Emittit,
propellit.

^g Non teme-
re aut for-
tuito, ἐν

ἑσπερίων.
^h Eteocli &
Polynici.

ⁱ Gallima-
chus.

^a Candidus huc venias, dissimilisq; meo,

Si quod & instabat Domine miserabile vulnus:

Sit per sancta meis tempus in omne malis.

^b Quaeq; gravi nuper plus quam quassata procella

Quod superest, tutum per mare navis eat. (est,

illa domo, nataq; sua, patriaq; fruatur:

Erepta hac uni sui satis esse mihi.

Quatenus & non est in caro conjuge felix,

Pars vite tristi cetera^c nube vacet.

Vivat, ametq; virum, quoniam sic cogitur, absens:

Consumatq; annos, sed diuturna, suos.

Adjicerem & nostros: sed ne contagia fati

Corrumpant, timeo, ^d quos agit ipsa, mei.

Nil homini certum est: fieri quis posse putaret,

Ut facerem in mediis hac ego sacra Getis?

^e Asspice, ut aura tumens fumos e thure coortos

In partes Italas & loca dextra ferat.

Sensus inest igitur nebulis, quas ^f exigit ignis:

Consilium fugiunt cetera poene meum.

^g Consilio, commune sacrum cum fiat in ara

^h Fratibus, alterna qui periere manu:

Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis,

Scinditur in partes atra favilla duas.

Hoc (memini) quondam fieri non posse loquebar:

Et me ⁱ Battiades iudice falsus erat.

Omnia nunc credo: cum tu non stultus ab Aetho

Terga vapor dederis, Ausoniamq; petas.

Hac ergo lux est, quae si non orta fuisset,

Nulla fuit misero festa videnda mihi.

Edidit

Edidit hac mores illis heroibus ^a equos:

Queis erat Eurytion, Icarusq; pater.

Nata pudicitia est secum, probitasq; fidesq;:

At non sunt ista gaudia nata die:

Sed labor, & cura, fortunaq; moribus impar,

Justaq; de viduo pane querela toro.

^b Scilicet adversis probitas exercita rebus

Tristi materiam tempore laudis habet.

Si nihil infesti durus vidisset Ulysses:

Penelope felix, sed sine laude foret.

Victor ^c Echionas si vir penetrasset in arces,

Forssitan Evadnen vix sua nosset humus.

Cum Pelia genitæ tot sint, cur ^d nobilis una est?

Nempe fuit misero nupta quod una viro.

Effice, ut Iliacas tangat ^e prior alter arenas:

Laodemeia, nihil, cur referatur, erit.

Et tua, quod malle, pietas ignota maneret,

^f Implerent venti si mea vela sui.

Dii tamen, & Caesar Dii accessure, sed olim.

Æquarint ^g Pylios cum tua fata dies;

Non mihi, qui pœnam (fateor) meruisse: sed illi

Parcite, quæ nullo digna dolore dolet.

ELEGIA VII.

Rogat amicum quendam, ne discedat ab officio.

Tu quoq; nostrarum quondam fiducia rerum,
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras:

h. 3

Tu

^a Conferendos, pares.

^b Ἐν ἀντιθέσει
Πρωτοῦ: virtutem spe-
ctari rebus
adversis.

^c Thebanas,
ab Echione
uno ex sociis
Cadmi. Me-
tamorph.

lib. 3. quorum
fuit unus E-
chion, Is sua
rexit hum.

^d Alcestis Ad-
meti uxor,
Peliæ F.

^e Proteſtias
ſcilicet.

^f Si Prospero
fortuna fla-
tu uterer.

^g Nestoris
Pylo oriun-
di.

Tu quoq; suscepti curam dimittis amici:

Officij, pium tam citò ponis onus?

^a Sarcina sum, fateor: quàm si nunc tempore nostro

Depositurus eras, non subeunda fuit.

Fluctibus in medijs navem, Palinure, relinquis:

Ne fuge. ^b néve tua sit minor arte fides.

Nunquid Achilleos dura inier praelia sidi

Deseruit levitas Automedontis equos?

Quem semel accepit, nunquam ^c Podalirius agra

Promissam medica non tulit artis opem.

Turpius ejicitur, quàm non admittitur, hospes:

Quae patuit dextra firma sit ^d ara mea.

Nil nisi me solum primo tutatus es: at nunc

Me pariter serva, ^e iudiciumq; tuum.

Si modò non aliqua est in me nova culpa: tuamq;

Mutarunt subito crimina nostra fidem.

Spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura:

Quod cupio, membris exeat ante meis:

Quàm tua delicto stringantur pectora nostro:

Et videar meritò vilior esse tibi.

Non adeò toti satis urgemur iniquis,

Ut mea sit longis mens quoq; ^f mota malis.

Finge tamen motam: quoties ^g Agamemnone natū

Dixisse in Pyladen ^h verba proterva putas?

ⁱ Nec procul à vero est, quòd vel pulsarit amicum:

Mansit in officiis non minus ille suis.

^k Hoc est cum miseris solum commune beatis,

^l Ambobus tribui, quod solet, obsequium.

Ceditur & cæcis, & ^m quos prætecta verendos,

ⁿ Virgaq; cum verbis imperiosa facit.

Si mihi

^a Sum tibi
oneri, quod
non inficior.

^b Ne minus
velis, quam
possis, instar
gubernato-
ris periti
quidem, sed
infidelis.

^c Æsculapii
F. Homer. I-
liad. 6.

^d Metaphora
à fontibus.
qui ad aras
confugie-
bant.

^e Iudicii de
me tui exi-
stimatione.
^f Erga te mu-
tata.

^g Orestem.
Periphr.

^h Maledicta,
convicia.

ⁱ Nec à vero
alienum est.

^k Beati hoc
solum com-
mune hab.
cum miseris.

^l Amplif. ab
exemplis co-
rum, quibus
præstari so-
let obse-
quium.

^m Notatio
magistratus
ab adjunctis.

ⁿ Fascus.

Si mihi non parcis, fortunæ parcere debes :

Non habet in nobis ullius ira locum.

Elige nostrorum minimum de parte malorum,

Isto, ^a quo quereris, grandius illud erit.

Quam multa madidæ celantur arundine fossæ :

Florida quàm multas Hybla tucetur apes :

Quàm multæ ^b gracili terrena sub horrea ferre

Limite formicæ grana reperta solent :

Tam me circumstat densorum turba malorum :

Crede mihi, ^c verò est nostra querela minor.

His qui contentus non est : ^d in littus arenas,

In segetem spicas, in mare fundet aquas.

Intempestivos igitur compesce ^e tumores,

Vela neque in medio desere nostra mari.

^a Quod mihi
objicis.

^b Angusto
calle. Et est
comparatio
hyperbol.

^c Rei verita-
te. Concret.
pro abstr.

^d Proverb.
figura simi-
lis illi : Ulu-
las Athenas.

^e Iram in-
temp. *τὸ ὀ-
δύμα*, Virg.
tumida extra
rum corda
residunt.

ELEGIA VIII.

Narrat miseriam suam, & habitus,
& mores Getarum.

Quam legis ex illa tibi venit Epistola terra,
Latus ubi æquoreis jungitur Ister aquis.

Si ibi contingit cum dulci vita salute :

^f Candida fortuna pars manet una mea.

Scilicet, ut semper, quid agam, carissime, queris :

Quamvis hoc vel me scire tacente potes.

Sum miser : hæc brevis est nostrorum summa malorū :

Quisquis & offenso Cesare vivet, erit.

Turba Tomitana quæ sit regionis, & inter

Quos habitem mores, discere cura tibi est.

^f Prosperæ
felic. Meto-
nym.

Mista

- Mista sit hæc quamvis inter Græcosq; Getasq;
a Impæatis, inquietis.
b Pharetram. *A* male pacatis plus trahit ora Getis.
 Virg. Coryti- que leves hu-
 moris. Græc. *Sarmaticæ major Geticæq; frequentia gentis*
 est $\omega\epsilon\upsilon\tau\omicron\varsigma$. *Per medias in equis itq; reditq; vias.*
q. $\chi\omega\epsilon\upsilon\tau\omicron\varsigma$. *In quibus est nemo, qui non ^b coryton, & arcum,*
e Supra mo- *Telaq; vipereo ^c lurida felle gerat.*
 dum pallida. *Vox fera: trux vultus: verissima mortis imago:*
 Fest. a lura, *Non comæ, non ulla barba resecta manu.*
 hoc est, co- *Dextra non segnis stricto dare vulnera cultro.*
 rio. *Quem ^d vinctum lateri barbarus omnis habet.*
d Alligatum. *Vivit in his igitur tenerorum oblitus amorum:*
e Anacoluth. *Hos videt, hos vates audit, amice, tuus.*
 ut mortuo *Atq; utinam vivat, & non moriatur in illis:*
 saltem abef- *Absit ab invisis & ^e tamen umbra locis.*
 se liceat i- *Carmina quod pleno saltari nostra teatro,*
 stine, cum *Versibus & plaudi scribis, amice, meis:*
 viventi non *f* Nil equidem feci, tu scis hoc ipse, theatris:
 permittatur. *Musa nec in plausus ambitiosa mea est.*
 Quo in the- *Non tamen ingratum est, quodcunq; oblivia nostri*
 atro applau- *Impedit: & profugi nomen in ora refert.*
 sum capta- *Quamvis interdum, quæ me lassisse recordor.*
 rem. *Carmina ^h devoveo, Pieridasq; meas.*
g Facit ut ex- *Cum benè devovi; nequeo tamen esse sine illis:*
 ulis nomen *Vulneribusq; meis tela cruenta sequor.*
 in ore homi- *Quæq; modo Euboicis lacerata est fluctibus; audet*
 num verse- *Graja ⁱ Caphaream currere puppis aquam.*
 tur. *Nec tamen, ut lauder, vigilo; curamq; futuri*
h Verbum u- *Nominis, utilius quod latuisset, ago.*
 fitatum in *i* Ubi saxa sunt Capharea. Virgil. II. Euboica cantes, ultorq;
 execrationi- *Caphareus, Victor. lib. 31. cap. 12. Var. lib.*
 bus. In Ibin. *Deti-*
 illum ego de-
 voveo. Meta-
 morph. 13.
 meumq; devo-
 veas sine sine
 caput.

i Ubi saxa sunt Capharea. Virgil. II. Euboica cantes, ultorq;
 Caphareus, Victor. lib. 31. cap. 12. Var. lib.

Detineo studiis animum, falloq³ labores:

Experior curis & dare verba meis.

Quid potius faciam desertis solus in oris?

Quamve malis aliam quærerere coner opem?

Sive locum specto; locus est inamabilis, & quo

Esse potest toto tristius orbe nihil:

Sive homines; vix sunt homines hoc nomine digni,

Quamq³ lupi, sava plus feritatis habent.

Non metuunt leges: sed cedit viribus e^c equum:

Victaq³ pugnaci jura sub ense jacent.

Pellibus & laxis arcent mala frigora d^d brachis,

Oraq³ sunt longis horrida tecta comis.

In paucis extant Græcæ vestigia lingvæ:

Hæc quoq³ jam Getico barbarâ facta sono.

Unus in hoc non est populo, qui fortè Latine

Quælibet e^e è medio reddere verba queat.

Ipse ego Romanus vates, ignoscite Musæ,

Sarmatico cogor plurima more loqui.

Et pudet, & fateor: jam desuetudine longa

Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.

Nec dubito, quin sint & in hoc non pauca libello

Barbara: non hominis culpa, sed ista loci.

Ne tamen Ausoniæ perdam^f commercia lingvæ,

Et fiat & patrio vox mea muta sono:

Ipse loquor mecum, desuetaq³ verba retracto:

Et studii repeto signa h^h sinistra mei.

Sic animum tempusq³ traho: iⁱ meq³ ipse reduco,

k^k A contemplatu semoveoq³ mali.

Carminibus quæro miserarum obliviam rerum:

Premia si studio consequar ista, sat est.

E L E.

a Curas fallere: à curarum molestiis animum abducere.

b Plaut. Homo homini lupus.

c Adjectivum loco abstracti Græcæ consuetudine.

d Brachæ barbararum tegmen.

e Communi sermone trita. Idem 3. de art. Munda, sed è medio consuetaque verba puella Scribite.

f Usus.

g Romano.

h Inauspicata infelicia.

i Animum abduco.

k A cogitatione præsentis fortune.

T R I S T I U M
E L E G I A IX.

Invehitur in quendam, quòd
se lacefferet.

αὐτοῦν αἰετῶν.

Theogn.

b Tibull. Ver-

satur celeri

fers levis orbe

cirò. Globum

enim in fite-

tem fortu.

faciebant.

c Nemesis in-

solentia ul-

trix. Eadem

Rhamnusia

dicitur à

Rhamnunte

Atticæ oppi-

do, ubi tem-

pl. habuit.

d ὀξὺν ὄρεον

quale est,

concordia di-

scors, & insipi-

ens sapientia

apud Horat.

e ἐπιξύνουσι

ἔπιπυγίαις.

f αὐτὸν κα-

xilas, citra

sceleris con-

filium & pro-

positum. Vi-

de Aristot.

li. 5. Nicom.

cap. 8.

g Ignominia

turpitudine.

Conseq. pro

anteced.

b Odio.

Non adeò cecidi, quamvis abjectus, ut infra
Te quoq₃ sim, inferius quò nihil esse potest.
Qua tibi res^a animos in me facit improbe? curve
Casibus insultas, quos potes ipse pati?
Nec mala te reddunt mitem placidumq₃ jacenti
Nostra, quibus possunt illacrymare fera?
Nec metuis dubio^b Fortunæ stantis in orbe
Numen? &^c exosa verba superba Dea?
Exiget ad dignas ultrix Rhamnusia poenas:
Imposito calcas quòd mea fata pede.
Vidi ego naufragiumq₃, virosq₃ sub æquore mergi:
Et nunquam, dixi, justior unda fuit.
Vilia qui quondam miseris alimenta negarat:
Nunc mendicato pascitur ille cibo.
Passibus ambiguïs Fortuna volubilis errat:
Et manet in nullo certa tenaxq₃ loco.
Sed modò lata manet, vultus modò sumit acerbos:
Et tantum^d constans in levitate sua est.
Nos quoq₃ floruimus: sed flos fuit ille caducus:
Flammaq₃ de stipula nostra, ^e brevisq₃ fuit.
Nève tamen tota capias fera gaudia mente:
Non est placandi spes mihi nulla Dei.
Vel quia peccavi^f citra scelus: utq₃ & pudore
Non caret, ^h invidia sic mea culpa caret.
Vel quia nil ingens, ad finem Solis ab ortu,
Illo, cui paret, mitius orbis habet,

Scilli-

Scilicet ut non est per vim superabilis ulli,
 Molle cor ad timidam sic habet ille preces.
 Exemploq; Deum, quibus accessurus & ipse est,
 Cum pœna venia plura petenda petam.
 Si numeres anno Soles & nubila toto,
 Invenies nitidum sæpius isse diem.
 Ergo ne nimium nostra letere ruina,
 Restitui quondam me quoq; posse puta:
 Posse puta fieri lenito principe vultus
 Ut videas media tristis in urbe meos:
 Utq; ego te videam^a causa graviore fugatum.
 Hæc sunt à primis proxima vota meis.

ELEGIA X.

Cur amici cujusdam nomen non po-
 nat in carminibus suis.

O Tua^b si sineres in nostris^c nomina poni
 Carminibus, ^d positus quàm mihi sæpè fores!
 Te canerem solum meriti memor: inq; libellis
 Crevisset^e sine te pagina nulla meis.
^f Quid tibi deberem, tota sciretur in urbe:
 Exul in amissa^h si tamen urbe legor.
 Te præsens mitem nõssetⁱ serior atas:
^k Scripta vetustatem si modo nostra ferunt.
 Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector,
 Hic te servato^l vate maneret honor.
 Cæsaris est primum munus, quòd ducimus auras:
 Gratia post magnos est tibi habenda Deos.

Ille

^a Majore de-
 licto.

^b Optantis
 est, non ex-
 clamantis.

^c Nomen tu-
 um. Enall.
 numeri.

^d Positus
 me. Enall.
 Poëtica.

^e Absque tuo
 nomine Sy-
 necdoch.

^f Quanto ti-
 bi essem ob-
 noxius be-
 neficio.

^g Correctio
 Rhetorica.

^h Si libri exu-
 lis leguntur.
 Metonym.

ⁱ Poster. Me-
 tonym.

^k Correctio
 in dicitur. Ferre
 vetustatem
 dicuntur,
 quæ durant
 longo tem-
 pore.

^l Me. Enalla.
 partis & per-
 sonæ.

Ille dedit vitam : tu, quam dedit ille, tueris :

Et ^a facis accepto munere posse frui.

^a Facis potestatem frui.

Cumq; perhorreret casus pars maxima nostros :

^b Lucret. Suave, mari, magno turbantibus aquora

Pars etiam credi pertinuisse velit :

ventu. E torra magn. Alterius spectare laborem.

^b Naufragiumq; meum tumulo spectaret ab alto ;

Nec dederit nanti per freta seva manum :

^c Semimortuum. Auxel. hoc est, vehementer afflictum.

^c Seminecem Stygia revocasti solus ab unda ; *(est.*

Hoc quoque, quod memores possumus esse, tuum

Dii tibi se tribuant cum Casare semper amicos :

Non potuit votum plenius esse meum.

^d Doctis & elaboratis.

Hec meus ^d argutus, si tu patiare, libellis

Poneret in multa luce videnda labor.

^e Continet, reprimit sese.

Nunc quoque se, quanvis jam est iussa quiescere,
quin te

Nominet invitum, vix mea Musa ^e tenet.

^f magis ὁδῶν duplici cupiditatem suā significat.

^f Utq; canem pavida nactum vestigia cervæ

Luctantem frustra copula dura tenet ;

^g Silentio sibi indicto.

Utq; fores nondum reaserati carceris acer

Nunc pede, nunc ipsa fronte laceffit equus :

^h Nomen tuum meritis laudibus celebrare.

Sic mea & lege data vinceta atq; inclusa Thalia

^h Per ritulum vetiti nominis ire cupit.

ⁱ Gratitude. Genus pro specie.

Ne camen ⁱ officio memoris ledaris amici :

Parebo jussis, ^k parce timere, tuis.

^k Noli metuere.

At non parerem, si non ^l meminisse putares :

^m Hoc quod non prohibet vox tua, gratus ero.

^l Ellips. pronominis me.

Dumq; (quod o breve sit) ⁿ lumen vitale videbo,

^o Serviet officio spiritus iste tuo.

^m Quod tu mihi permittis. Isodonamia.

ⁿ Vixero. Periphr.

^o Animus promptus erit & paratus tuis officiis.

E L E.

ELEGIA XL

Queritur se triennium exulare
in Ponto.

UT sumus in Ponto, ^a ter frigore constitit Ister:

Facta est Euxini dura ter unda maris.

At mihi jam videor patria procul esse tot annis,

^b Dardana quot Grajo Troja sub hoste fuit.

Stare putes, adeo procedunt tempora tarde:

Et peragit lentis passibus annis iter.

Nec mihi solstitium quicquam ^c de noctibus aufert:

Efficit ^d angustos nec mihi bruma dies.

Scilicet in nobis rerum natura novata est:

Cumq; meis curis omnia longa facit.

An peragunt solitos communia tempora motus?

Suntq; magis vitæ tempora longa meæ:

Quem tenet Euxini ^e mendax cognomine litus,

Et Scythici verè terra sinistra freti.

Innumera circum gentes fera bella minantur:

Quæ nisi de ^f raptò vivere turpe putant.

Nil extra tutum est: tumulus descenditur ipse

Mœnibus exiguis, ingenioq; loci.

Cum minimè credas, & ut avis, densissimus hostis

Advolat, & prædam vix benè visus agit.

Sepè intra muros clausis venientia portis

Per medias legimus noxia tela vias.

Est igitur rarus, qui jam colere audeat, isq;

Hac arat infelix, hac tenet arma manu.

Sub galea pastor junctis pice cantat avenis:

Proq; lupò pavidæ bella verentur oves.

i

Vix

^a Notatio
annorum
trium ab ad-
iunctis: vel
ex parte,
συνεδοχι-
κῶς.

^b Annos de-
cem exulare
mihi videor.
^c Noctes bre-
viores red-
dit, quæ tum
temporis
sunt brevissi-
mæ.

^d Breves,
contractos,
quales sunt
dies bruma-
les.

^e Cum Axe-
num verè
appellan-
dum sit.

^f Metamor,
lib. 1. Vivitur
ex raptò.

^g Avium in-
star. Enallag.
numeri Pœ-
tica.

Vix ope castelli defendimur: & tamen intus
Mista facit Grajis barbara turba metum.

a ἄμ' ἡμῶν.
Græc. imita-
tione.

Quippe ^a simul nobis habuit discrimine nullò
Barbarus; & tecti plus quoq; parte tenet.

Quos, ut non timeas, possis odisse, videndo
Pellibus, & longa corpora tecta coma.

Hos quoq;, qui geniti Graja creduntur ab urbe,
Pro patrio cultu Persica bracha tegit.

Exercent illi sociæ commercia lingua:

Per gestum res est significanda mihi.

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli:

Et rident stolidi verba Latina Getæ.

Meq; palam tuto de me mala multa loquuntur:

Forsitan objiciunt exiliumq; mihi.

b Contra me
aliquid ani-
mo versans
quotiescun-
que aliquid
illis loquen-
tibus vel ab-
nuerim vel
adnuerim.
c Tam infeli-
ci fidere na-
to.

Utq; sit, ^b in me aliquid, si quid dicentibus illis

Abnuerim quoties, adnuerimq;, putant.

Adde, quod injustum rigido jus dicitur ense:

Dantur & in medio vulnera sæpe foro.

O duram Lachesis, quæ ^c tam grave sidus habenti

Fila dedit viva non breviora meæ!

Quod patriæ vultu vestroq; caremus amici,

Quod sic in Scythicis gentibus esse queror:

Utraq; pœna gravis: merui tamen urbe carere:

Non merui tali forsitan esse loco.

(vitam)

d Correctio
ἀντισημῶ-
ν.

^d Quid loquor ab demens? ipsam quoque perdere

Cæsaris offenso numine dignus eram.

E L E G I A XII.

Ad uxorem, quòd eam quidam exu-
lis uxorem vocasset.

Quod

Quod te, nescio quis, ^a per jurgia dixerit esse
 Exulis uxorem, littera quæstæ tua est.
 Indolui: non tam mea quod fortuna malè audit,
 Qui jam consuevi fortiter esse miser:
 Quam quod, cui minimè vellem, sum causa pudoris:
 Teq; reor nostris erubuisse malis.
^b Perfer, & obdura: multò graviora tulisti:
 Eripuit cum me ^c principis ira tibi.
 Fallitur iste tamen, quo judice nominor exul:
^d Mollior est culpam pœna secuta meam.
 Maxima pœna mihi est ipsum offendisse: ^e priusque
 Venisset mallet funeris hora mihi (navis:
^f Quassa tamen nostra est, non mersa, nec obruta
 Utq; caret portu, sic tamen extat aquis.
 Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis ademit,
 Qui merui & vitio perdere cuncta meo.
 Sed quia peccato facinus non adfuit ullum:
 Nil nisi me patriis jussit abesse focis.
 Utq; aliis, quorum numerum comprehendere non est,
 Cesareum numen sic mihi mite fuit.
 Ipse relegati, non exulis utitur in me
 Nomine: tuta ^h suo judice causa mea est.
 Jure igitur laudes, Cesar, pro parte virili
 Cirmina nostra tuas quæliacung; canunt.
 Jure Deos, ut adhuc cœli tibi limina claudant,
 Teq; velint sine se, comprecor, esse Deum.
 Optat idem populus: sed, ⁱ ut in mare flumina va-
 Sic solet exigua currere rivus aqua. (stum,
^k At tu fortunam, cuius vocor exul ab ore,
^l Nomine mendaci parce gravare meam.

^a Inter jurgia. Ita Virg. via secta per ambas, h. e. inter ambas.

^b ὁδ. γ. πέρ-
 λαθι δὴ κ. ὁδ.
 δὴ, κ. ὁδ. κ. ὁδ.
 τ. ὁδ. ἄλλο
 π. ὁδ. ἔτ. ὁδ.

^c Cesar iratus.

^d Mitior.

^e Antequam Cesar offendi.

^f Allegor. q. d. licet afflicta, non penitus prostrata est fortuna mea.

^g Culpa.
^h Favente, mihi non iniquo.

ⁱ Allegor. q. d. ut populi preces ad Deum perveniunt ita mea quoq; qui sum illius pars minima.

^k ἀποπροφῶν
 ad inimicū.

^l falso me appellando exulem, cum sim relegatus.

ELE-

ELEGIA. XIII.

Ad amicum, qui monebat, ut exilium
carminibus oblectaret.

^a Ingenium
meum.

^b Desidia, i-
gnavia. Me-
taph.

^c Animum
pacatum.

^d Ab absur-
do.

^e Qui corpo-
re sum mi-
nus robuto
& firmo.

^f Socrati, cu-
jus accusa-
tores fue-
runt Anytus,
Melitus, &
Lycon. Ho-
rat. Pythagor-
am, Anytis
seum.

^g γράμν υί-
κολογική.

^h Socrates.
Aufon. Vir
bonus & sapi-
ens, qual.

ⁱ Delicti,
quod ali-
quoties sibi
pœna esse
gravius di-
xit.

^k Hostium
timor.

^l Metaph.
ducta à fer-
ro.

Scribis, ut oblectem studio lacrymabile tempus,
Ne pereant turpi^a pectora nostra^b situ:
Difficile est, quod amice, mones: quia carmina latunt^c
Sunt opus: &^c pacem mentis habere volunt.

Nostra per adversas agitur fortuna procellas:
Sorte nec ulla mea tristior esse potest.

^d Exigis, ut Priamus natorum funere plaudat,
Et Niobe festos ducat ut orba choros.

Luctibus, an studio videor debere teneris,
Solutus in extremos jussus abire Getas?

Des licet^e invalido pectus mihi robore fultum,
Fama refert^f Anyti quale fuisse reo:

Fracta cadet tanta sapientia mole ruinae:
& Plus valet humanis viribus ira Dei.

^h Ille senex dictus sapiens ab Apolline, nullum
Scribere in hoc casu sustinisset opus.

Ut veniant patria, veniant oblivia nostri:
Omnis &ⁱ admissi sensus abesse queat:

At^k timot officio fungi vetat ipse quieto?
Cinctus ab innumero me tenet hoste locus.

Adde, quod ingenium longa^l rubigine laesum
Torpet: & est multo, quam fuit ante, minus.

Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
Nil, nisi cum spinis gramen, habebit ager.

Tempore qui longo steterit, male currit: & inter
Carceribus missos, ultimus ibit equus.

Verti-

Vertitur in teneram cariem, rimisq; debiscit,

Si qua diu solitis cymba vacavit aquis.

Me quoq; despero (fuerim cum^a parvus & antè)

Illi, qui fueram, posse redire parem.

^b Contudit ingenium patientia longa malorum :

Et pars ^c antiqui magna vigoris abest.

Sepè tamen nobis, ut nunc quoq; sumta tabella est :

Inq; suos volui cogere verba pedes :

Carmina scripta mihi sunt nulla : aut qualia cernis ;

Digna sui Domini tempore, digna loco.

Deniq; non parvas animo dat ^d gloria vires,

Et secunda facit pectora laudis amor.

Nominis & fama quondam fulgore trabebar.

^e Dum tulit antennas aura secunda meas.

Non adeò est bene nunc, ut sit mihi gloria cura :

Si liceat, nulli cognitus esse velim.

An, quia cesserunt primò bene carmina, scades

Scribere, ^f successus ut sequar ipse meos ?

Pace novem vestra liceat dixisse sorores :

Vos estis nostræ maxima causa fugæ.

Utq; dedit justas ^g tauri fabricator abeni :

Sic ego do pœnas ^h artibus ipse meis.

Nil mihi debebat cum versibus amplius esse :

Sed fugerem meritò naufragus omne fretum.

At puto, si demens studium fatale retentem :

Hic mihi præbebit ⁱ carminis arma locus.

Non liber hic ullus; non qui mihi ^k commodet aurem,

Verbaq; significant, quid mea norit, adest.

Omnia barbaria loca sunt, vocisq; ferinae :

Omnia sunt Getici plena timore soni.

^a Exiguo ingenio præditus. Quantitat. pro qualitat.

^b Fregit, imminuit.

^c Pristini.

^d Idem alib.

laudataque virtus crescit, & immensum gloria calcar habet.

^e Dum prospera sum usus fortuna.

Allegor.

^f Ingenii aspirantis successum.

^g Perillus. Periphr. Vide. Plin. libr. 34. cap. 8.

^h Propter libros de arte.

ⁱ Hyppal. q. d. armorum carmen, non amorum argumentum.

^k Aurem recitanti præbeat. Horat. accommodat

aur.

Ipse mihi videor jam dedidicisse Latine:

Nam didici Geticè Sarmaticeq; loqui.

Non tamen, ut verum fatear tibi nostra revellā:

A componendo carmine Musa potest.

Scribimus: & scriptos absumimus igne libellos:

Exitus est studii parva favilla mei.

^a Ducere ve-

ri. Fabric. in-
terpretatur
cum difficul-
tate aut mo-
lestia scribe-
re.

Nec possum, & cupio non ullos ^a ducere versus:

Ponitur idcirco noster in igne labor.

Nec nisi pars casu flammis erepta dolore,

Ad vos ingenii pervenit ulla mei.

Sic utinam, quæ nil metuentem tale magistrum

Perdidit, in cineres ars mea versa foret.

E L E G I A XIV.

^b Animi a-
gritudine
morbū cor-
poris con-
traxi.

^c Vacua à do-
lore.

^d Plinio
pleuritis est.

^e Magnam
amoris tui
significatio-
nem.

^f Omnibus
modis.

^g Officia tua
mihi probas
quibus po-
res.

^h Literas tuas
Synecdochi-
ce.

Ad amicum, quòd nihil literarum da-
ret, cum faceret cætera.

Hanc tuus è Getico mittit tibi Naso salutem,
Mittere si quisquam, quo caret ipse, potest.

Ager enim ^b traxi contagia corpore mentis:

^c Libera tormento pars mihi ne qua vacet.

Perq; dies multos ^d lateris cruciatibus uror:

Sic quoq; non modico frigore læsit hyems.

Si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus:

Quippe mea est humeris fuita ruina tuis.

Qui mihi cum dederis ^e ingentia pignora, cumq;

^f Per numeros omnes hoc tueare caput:

Quod tua me raro solatur Epistola, peccas:

^g Remq; piam præstas, & mihi ^h verba negas.

Hoc, precor, emenda, quod si correxis unum,
 Nullus in egregio corpore^a navus erit.
 Pluribus^b accussem, feri nisi posset, ut ad me
 Littera non veniat, missa sit illa tamen.
 Dii faciant, ut sit temeraria nostra querela:
 Teq³ putem falso non meminisse mei.
^c Quod precor, esse liquet, neq³ enim mutabile^d robur
 Credere me fas est pectoris esse tui.
^e Cana prius gelido desint absinthia Ponto:
 Et careat dulci Trinacris Hybla thymo:
 Immemorem quam te quisquam convincat amici:
^f Non ita sunt fati stamina nigra mei.
 Tu tamen, ut falsa possis quoq³ pellere culpa
 Crimina: quod non es, ne videare, cave.
 Utq³ solebamus consumere longa loquendo
 Tempora, & sermoni deficiente die:
 Sic ferat, ac referat^h tacitas nunc littera voces:
 Etⁱ peragant lingvæ charta manusq³ vices.
 Quod fore ne nimium videar diffidere: sit me
 Versibus hoc paucis admonuisse satis.
 Accipe, quo semper^k finitur Epistola verbo:
ⁱ Atq³ meis distent ut tua fata, vale.

^k Claudii solet. Sicut Epistolarum principiis salutem adscribere moris erat, ita eas publico ac communi verbo. Vale, claudabant.

^l Idem alibi: Fortunam præstent dissimilemq³ mea.

ELEGIA XV.

Ad uxorem, quòd suis libris
 sit æterna.

^a Macula. Alleg. q. d. non erit, quod in te requiram amplius.
^b Accusarem te pluribus verbis. Enallag. temp.
^c Ut falso te accussem.

^d Constantiam. A corp. ad animum.

^e Notatio Poetica τὴ ἀδυναμία.

^f Non ad eum sum infelici fato. Alleg.

^g Colloquiis nostris.

^h Muta colloquia.

ⁱ Lingvæ munere fungantur.

Quant

^a Nominis & famæ memoriam.

^b De nominis mei existimatione diminuat.

^c Exilii calamitas.

^d Tota flammis funereis absumi, fama nominis tui superstite.

Horat. *Non omnia moriar.*

^e Immortalitatis usurâ.

^f Cum onere tutelæ meæ magnus ad te redit honoris fructus.

^g Carmina mea nunquam tuas laudes filebunt.

^h Persevera in proposito.

ⁱ Rebus meis salvis, probitas tua tantum reprehensione caruit aliorum:

quæ nunc illis afflictis præclariorem se commendandi ad omnem posteritatem est ad-
epta occasionem. Argum. à comparatis.

^k In hac fortunæ meæ adversitate aliquod specimen quasi statuam illius sibi collocando. Metaph. à consuetud. ponendi statuas.

Quanta tibi dederim nostris^a monumenta libel-
O mihi me conjux carior, ipsa vides. (lis,

^b Detrahat auctori multum^c fortuna licebit:

Tu tamen ingenio clara ferere meo.

Dumq³ legar; mecum pariter tua fama legetur:

Nec potes in mæstos^d omnis abire rogos.

Cumq³ viri casu possis miseranda videri:

Invenies aliquas, quæ, quod es, esse velint;

Quæ te, nostrorum cum sis in parte malorum,

Felicem dicant, invideantq³ tibi.

Non ego divitias dando tibi plura dedissem.

Nil feret ad manes divitis umbra suos.

^e Perpetui fructum donavi nominis: idq³,

Quo dare nil potui munere majus, habes.

Adde, quod & rerum sola es tutela mearum:

^f Ad te non parvi venit honoris onus.

Quod & nunquam de te vox est mea muta, tuiq³

Judicis debes esse superba viri.

Quæ ne quis possit temeraria dicere: ^h persta:

Et pariter serva meq³ piamq³ fidem.

Nam tua, ⁱ dum stetimus, turpi sine crimine mansit.

Et tantum probitas irreprehensa fuit:

Par eadem nostra nunc est tibi facta ruina:

Conspicuum virtus^k hic tua ponat opus.

Esse bonam facile est, ubi, quod vetat esse, remotum.

Et nihil officii nupta, quod obstet, habes. (est;

Cum

^a Cùm Deus intonuit, non se subducere nimbo,

Id demum est pietas, id socialis amor.

Rara quidem est virtus, ^b quàm non fortuna gubernat:

Quæ ^c maneat stabili, cum fugit illa, pede

^d Si tamen est, precium cui virtus ipsa petitum:

Inq; parum lætis ardua rebus adest:

Si tempus numeres, per secula nulla tacetur:

Et loca transgreditur, quâ patet orbis iter.

^e Aspicias, ut longo teneat laudabilis ævo

Nomen inextinctum & Penelopea fides?

Cernis, ut Admeti cantetur, ut Hectoris uxor?

Ausaq; in accensos ^h Hippias ire rogos?

Ut vivat fama ⁱ conjux Phylaceia, cuius

Iliacam celeri vir pede pressit humum?

Nil opus est ^k morte pro me, sed amore, fideq;

Non ex difficili fama petenda tibi est.

Nec te credideris, quia non facis, ista moneri:

^l Vela damus, quamvis remige navis eat.

Qui monet, ut facias, quod jam facis; ille monendo

Laudat: & horiatu comprobat acta suo.

^a Cùm aliquis adversi incidit.

^b Quæ non fortunam sequatur.

^c Perseveret constanter.

^d Si qua est, quæ rectè factorum nullam aliam mercedem requirat, nisi virtutem ipsam. Claud. Ipsa quidem virtus precibus sibi.

^e Excelso animo: non inclinata ad fortunam.

^f πῖσις παρὰ γέννησιν.

^g Penelope fides. Heteros. qualit.

^h Evadne, quæ in mari-

ⁿ rogum se projecit. Anton. cum Periph.

ⁱ Laodamia.

^k Sicut Alcestidi, quæ pro marito suo Admeto mortem oppetere non recusavit. Vide Eurip. Alcest.

^l Proverb. figura, similis illis; currentem incitare, currenti calcar addere.

F I N I S.

i 5

INDI

INDICATIO DI-
VERSÆ SCRIPTURÆ, ET
ratio emendationum quarundam, partim ex
codice nostro manuscripto, partim ex casti-
gatiss. quibusque exemplaribus depromta-
rum, & imprimis eo, quod Andreae
Naugerii castigationem
laudat,

Pag. 295. vers. 2. alii legunt: quò domino. E-
adem vers. 10. pro passis, quod in priori exem-
plari erat, ex nostro codice manuscripto & libris
nonnullis editis substituímus, sparsis: etsi utrumq;
recte legi possit. Etiam hoc loco admonendum au-
ximus in m. sc. hoc distichon sequi, præcedere vero
quod hîc sequitur, Felices orn. Ead. v. 16. pro. quo
licet, legitur in m. sc. & libr. aliquot, exemplar
quod Mycill. recognitor. laudat, habebat quoli-
bet. Ead. vers. 17. pro illo, quod retinuimus m. sc.
habet, extat. Ead. v. ult. Si quis qui quid ag. m. sc.
quicquid agam. Pag. 296. vers. 3. Teque ita tu
tácitus, quærenti plura, legendum, Ne quæ
non opus est fortè loquare, dabis. h. e. legen-
dum te præbebis tacitus, ne fortè loquaris ea,
quæ dicenda non sunt. Sed nos nihil mutare volui-
mus, cum & m. sc. & libri aliquot haberent, Atq;
ita tu tacitus: & cetera. Ead. v. 5. m. sc. repetat
mea carmina. minus oppositè. Ead. v. 14. Placa-
tos misero. Et v. seq. Quæq; volet. m. sc. Quæq;
velit. Ead. v. à fin. 9. tempora facta malis. m. sc.
Ead.

Ead. vers. à fine 5. jamq; mori. m. sc. Pag. 397. v. 4.
Ut mihi sit rat. m. sc. Ead. v. 7. ex m. sc. & libris
reposuimus, Carmina nunc si non: pro, Carmina
nunc simulo: quod minus ad rem facere videba-
tur. V. seq. m. sc. legit. Sit satis; ing. si fuga parta
meo est. Ead. v. 10. posses non meus esse liber.
m. sc. & vers. seq. venies. Ead. v. 14. al. Dissimu-
lare velis te licet esse meum. nos secuti sumus m.
sc. Ead. vers. à fin. 10. al. Forfitan expectas. Ead.
vers. à fin. 6. alii: Esse quidem mem. Ead. vers.
penult. alt. Non procul. Pag. 298. vers. 2. Optavit
stulte. Ead. v. 9. 8. al. Ergo care liber timida. Ead.
vers. seq. m. sc. An satis è media: al. Ut satis in
media. Ead. vers. 12. al. Icarus Icariis nomina fe-
cit aquis, Ead. vers. seq. Difficile est tantum. m. sc.
nos usitatam lectionem retinuimus. Ead. v. 15. al.
Si poteris tradi vacuo. ead. vers. 18. al. & ante ta-
men pauca loquatur, adi. nos reposuimus ex m.
sc. locutus. ead. v. à fin. 7. m. sc. Nam spes est ani-
mo. ead. vers. à fin. 6. m. sc. ne mota rescæviat ira.
Ita alibi quoq; scævus pro sævus exaratum inveni-
as. Nos usitatam scribendi rationem ubiq; retinui-
mus. ead. v. antepen. m. sc. scrinia curva. al. scrinia
nostra. ead. v. 8. m. sc. Nequicquam. ead. v. 15. m.
sc. Plura quidam mandare liber. ead. v. 17. alii.
Sed si. ead. 300. vers. 8. al. & m. sc. ad marg. Quid
vetat. Pag. vers. 11. alii jactat mea verba. ead.
vers. 19. m. sc. Quodcunque aspici. nihil est nisi
pontus & aer. Et versus seq. m. sc. imbribus
ille minax. Pag. 301. vers. 13. m. sc. Nec levius
tabu-

tabulæ laterum. *Ead. v. 15. al.* Qui venit hinc
 fl. *Ead. v. 17. al.* Nec letum. *Ead. v. à fine. s. m. sc.*
 Huc vehor. *Ead. v. ult. m. sc.* in loca iussa fer.
Pag. 302. v. 1. al. Si, quam promerui. *Ead. v. 3. m.*
sc. voluisset in undas. *Ead. v. 12. m. sc.* Et mihi
 parc. *Ead. v. 19. m. sc.* Quod facile est opto mihi
 jam. *Ead. v. 21. al.* ut tangam levi fera. *non ma-*
le. & v. seq. al. jam fuga. *& rurs. seq. alii:* Nescio
 quos vid. *Et rursus seq. m. sc.* Exilem facio. *ad*
marginem. *Ead. vers. à fin. s. al.* Seu me dil. *Pag.*
303. v. 5. m. sc. fasq; piúm q; puto. *Ead. v. 10. al.*
 Quod (licet è minimis) domui si. *Et vers. seq. al.*
 Sint satis *Et rursus seq. m. sc. & libr. aliquot:* Hoc
 duce si dixi felicia secula pro quo Cæsare tura
 pius. *Ead. v. 15. m. sc.* alta caput obruat unda ca-
 dens. *Ead. v. 17. al.* frangitur unda mar, *Eadem*
v. seq. m. sc. Non casu, sed vos sub. *Ead. v. à fin. 6.*
m. sc. Dum subit. *Ead. v. penul. m. sc.* Jam prope
 nox ader. *Pag. 304. vers. 1. al.* Nec spacium, nec
 mens. *Et vers. seq. m. sc.* corpora nostr. *Et v. 13.*
al. diversa sub or. *nos retinuimus lection. m. sc.* in
 quo erat divisa, *& quia Maro fecit:* Et penitus
 toto divisos orbe Brit. *Ead. vers. 15. m. sc.* gemitus
 luctusque son. *Ead. v. 19. m. sc.* in parvis, *Ead.*
à fin. v. 6. alii: & adhuc. *item:* & adhuc Capitol.
Pag. 305. vers. 5. m. sc. Ut quod vos scitis. *al.* Ut
 quod sent. *Et v. seq. m. sc.* Placato possum. *Ead.*
v. 9 m. sc. Illa etiam ante aras sparsis. *& v. seq. al.*
 Contigit extractos. *Ead. v. 14. al.* Versaq; ab axe
 suo. *Ead. v. 16. m. sc.* quæ foret apta fugæ. *Pag.*
306. v.

306. v. 6. m. sc. Complectens animo. Ead. v. 10. m. sc. corpore viso meo est. Et v. seq. m. sc. tunc, cum contraria versus. *Fabricius ita legendum autumabat*: Sic doluit Metius tunc, cum in contraria versus Ultiores habuit proditionis equos. De Metio autem Suffetio distracto duabus admodis quadrigis proditi sunt versus Maron. li. 8. Hand procul inde, citæ Metiū in diversa quadrigæ Distulerant: (at tu dictis Albane maneres)

Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus.

Per sylvam.

Ead. v. 16. m. sc. tristia verba suis. Et v. seq. m. sc. & lib. aliquot. simul hinc simul ibimus, inquit. Et rurs. seq. m. sc. Et sequar. Ead. v. à fin. 8. m. sc. & lib. quid. sicut tenta verat. Pag. 307. v. 2. mendosè legebatur: Nomen adempti. Eadem vers. 5. al. moriendo ponere. Ead. v. 11. m. sc. & lib. quid. nostra non findim. Ead. vers. 13. m. sc. ad margin. quantis increfcunt. Ead. v. seq. m. sc. fervet arena fretis. Ead. vers. 18. m. sc. Ingemit in nostris nostra car. mal. Ead. vers. penul. m. sc. conscendere terr. Ead. vers. ult. m. sc. & lib. aliq. pareat unda deo. Pag. 308. v. 3. alii: vos tantum num. ponti. ead. v. 5. m. sc. Vos animam scevæ: quam scripturam ubiq; ita in illo reperiri superius monuimus. ead. v. 7. al. O mihi post nullos unquam. & v. seq. Et cui. nobis magis arrisit ἀναφορῆς, comprobante illam m. sc. & lib. quibusdam. eadem vers. 16. m. sc. Perpetuusq; animæ. h. e. vitæ. non ineptè. Animus enim est, quo sapimus; anima, qua vivi-

vivimus. ead. vers. seq. al. Spiritus hic vacuas pri-
 us extenuandus in auias. nos setuti sumus *m. sc.*
& lib. quosdam editos. ead. v. penult. m. sc. vento
 frueretur amico : sed ad *margin.* ascriptum erat
 ferretur. *Pag. 309. v. 4. m. sc. & lib. tristis Oreste :*
sed vitiosè, ut puto, reclamante quantitate syllabæ
ultimæ : de quo vide Priscian. ead. v. 9. m. sc. for-
 tuna secundo. *ead. v. 17. pro lapsis quod legitur*
in m. sc. libri editi habent læsis ; & tertio ab hinc
versu, pro timentes, timentes. ead. vers. à fin. 6.
alii. quia non contraria fovi. eadem v. à fin. 3. al.
Diminui. & tertio deinceps al. ille petit. Pag. 310.
v. 5. Pars etiam quædam mecum. ead. v. 7. mihi
firmitus esset, Rectius est, ære, quod in m. sc. legi-
tur, & congruit cum versu Homérico, quem ascri-
psimus. ead. v. 11. m. sc. & lib. quid. Pro duce Na-
ricio. vitiosè : est. nim Nêar & Græc. unde Neri-
tus. & huius παρρησιος Niritius. ead. vers. 16. an-
tea legebatur : Sors tulit in Geticos Sarmati-
cosque sinus. pro quo reposuimus aliam ex m. sc.
eadem v. 20. alii : A patria fugio. & seq. Ithacæve
Samósve, mendosè, tamen si in manuscr. quoq; ita
exaratum legatur. Est enim Homero Σάμν. eadem
vers. à fin. 5. alii : ingeniumque mihi. ead. v. seq.
m. sc. scævis pro sevis. Pag. 311. v. 3. m. sc. ficta la-
borum est. ead. v. 9. al. Lyda est dilecta : & v. seq.
amata suo. eadem v. 13. m. sc. & prior lectio : Te
mea supposita est veluti trabe fulta ruina. Pag.
311. v. 20. prior. lect. Sub nuda. pos. pro quo m. sc.
& lib. aliquot : Sub nulla. rectius ut opinor. Pag.
312. v.

312. v. 8. Te decet. *m. sc. vitiosè. Ead. v. à fin. 6. prior. lect.* nostri similes. *non malè. Ead. v. penul. m. sc. senti tamen optime dici. Pag. 313. v. 2. quà potes. & vers. seq. m. sc. ad marg. tibi dicere forsan. Ead. v. 13. m. sc. mecum moritna libell. Ead. v. 21. m. sc. Nec tamen. fortasse melius: & eodem. pro ullo. in quodam libr. erat. illo. Ead. v. à fin. 6. m. sc. Et veniam pro laude precor. Ead. v. penul. pr. lect. & libror. omn. quicumque volum. tangis. nobis placuit cernis, quod in *m. sc.* reperièbatur, & peculiarem quandam significationem habet de adeunda hereditate. Pag. 314. v. 4. pr. l. si licuisset, erat. Ead. v. 18. al. neque exeq. & v. seq. pr. l. sanctum & venerab. nom. Nunc tibi. Pag. 315. v. 1. m. sc. vale dicere. Ead. v. 9. pr. l. causisque valentibus essem. & v. seq. tibi. Ead. v. 13. m. sc. Quod si duntax. & vers. seq. m. sc. & prior. lect. Accidus toties. & pro joci, quidam habebat loci: quod haud scio an pr. repudiandum sint. Ead. vers. 21. m. sc. filicum. Eadem vers. à fin. 8. pr. l. Quæque tibi quondam tenero. Ead. vers. à fin. 6. legend. ex *m. sc.* & libr. At mala: ut sit idem quod. saltem: quod operarum incuria mutavit in Aut mal. Eodem. vers. pr. l. habebat potasses. pro quo ex *m. sc.* & liqr. reposuimus: putares. Ead. v. à fin. 4. pr. lect. Sed quoniam accedunt fatalibus hæc. nos secuti sumus scripturam *m. sc.* Ead. v. ult. pr. l. Officium laudem. Pag. 316. v. 3. pr. l. Atq; utin. possent pro te mea. Ead. vers. 8. m. sc. Accipit ut null. Ead. vers. 10. m. sc. currit amicus. op.*

Ead.

ead. vers. 15. pr. l. Hæc precor ut semper poss.
ead. vers. 19. m. sc. Ut simul. *ead. vers. ult. m. sc.*
 Quolibet in viso: *alii. Qualibet. Pag. 317. vers.*
1. pr. lect. nec enim mod. *Et rurs. seq. m. sc.* Cum
 quid in adu. *ead. vers. 11. pr. l.* Est etiam in miser.
ead. vers. 14. m. sc. melle modus. *ead. vers. 15. pr.*
lect. Ut mea sunt. *ead. vers. seq. quid liber:* Tem-
 pera: quod fals. puto. & pro sensu facta: quod
 erat in m. sc. & editis plerisq; ex Fabric. & Nauge-
 rii castigatione reposuimus: profectu facta ser.
 commodiore sententia. *Et iter. r. seq. q.* Hoc mihi
 ventur. *ead. vers. à fin. 4. pr. l.* Sive aliquid mor.
 Pag. 318. v. 1. pr. l. protinus ipse. *ead. vers. 3.* Hæc
 mihi non ou. fibræ. In extispiciis fibræ, fissum.
 & caput jecinoris observabant. Georg. 1. Tristib.
 aut extis fibræ apparere minaces. *ead. v. 5. pr. l.*
 Augurium ratio & tunc conject. & vers. seq.
 Hæc diu. m. sc. Nec divinavi. & iter. seq. pr. l. Et
 quoniam vera est, tota tibi mente mihique.
Ead. v. 10. pr. l. Expetiit; mendosè. cum Poeta di-
 cat Profuit- sive è re mea fuit, minus me esse cla-
 rum. Pag. 310. v. 6. m. sc. & q. l. Occupat egressas
 qualibet arte rates. mendosè, ut opinor: cum hoc
 dici videatur; assequitur vel antevertit naves quã-
 tumvis ante ipsam egressas. *Et v. seq. m. sc.* ferit af-
 filientia *ead. v. 9. l. q.* mihi cognita terris: m. sc.
 Teucris. utrumq; mendosum puto, & ita legen-
 dum, ut ascripsimus. *eadem. v. 12 m. sc.* Pall. nu-
 mina tuta fugit: *ead. vers. 17. pr. l.* Actoris
 urbe: item. Herculis. *ead. vers. seq. q. l.* ad por-
 tus:

tus: item m. sc. Umbria terr. & iter. seq. Tiryn-
 thia. Ead. v. 21. pr. lectio habebat: brevis est Stan-
 tira petendi: & ad marg. Abdera. q. l. Tentyra:
 quibusdam etiam Astyra placet: Merula Stentora.
 Micyllus hunc locum vel inter incertos & obscuros
 relinquendum dicit, vel ulterius aliquid quæren-
 dum. In nostro codice manuscripto legitur. Saltus ab
 hac terra brevis epyrreia petenti. Cujus vestigia
 secuti restitimus, Epyrreia petenti: h. e. per terram
 iter ingresso: quam germanam esse putamus lectio-
 nem. nam terrestri itineri poetam deinceps esse pro-
 fectum liquet ex eo, quod sequitur: Nam mihi Bi-
 stonios placuit pede carpere campos. De quo sa-
 nè statuat unusquisque quod velit: nos hæc indicanda
 hoc loco putamus. Ead. v. pen. m. sc. vectæ malæ
 virg. & v. seq. Seston Abydea. Pag. 320. v. 1. pr. l.
 Hincq; Propontiacis. Ead. v. 3. pr. l. Quaque te-
 nent. Ead. v. 5. m. sc. Hæc precor ut vincat. & v. 7.
 ad marg. legebatur, Heniochosq; finus: m. sc. ha-
 bebat, Thrinacriosq;. Ead. v. seq. pr. l. Vecta sub: ad
 marg. Alta: quod similiter in m. sc. reperiebatur:
 nos fecimus Acta, quod habeb. q. l. Et iter. v. seq. pro
 Odesson, quidam scribunt Opeson. m. sc. habet. In-
 de Mesabriacos portus & Ephesonis arces. Ead.
 v. 11. pr. l. Et quos Alcathoës. m. sc. Alcathoe. &
 seq. v. pr. l. Iarem. Ead. v. 15. pr. l. Hæc si contige-
 rint. nos & m. sc. & Micylli auctoritatem secuti,
 reposuimus: contigerit: præsertim cum non dua-
 rum, sed unius navis fiat mentio à poeta. Catull.
 Gnosia Cecropiæ tetigissent litora puppes, Ead.

v. 18. pr. l. adeste rati. Ead. v. ult. m. sc. & libri q.
Est mihi sollitito tempore. Pag. 321. v. 1. m. sc. &
libr. Aut hæc me gel. & fortasse melius. Ead. v. 4.
carina viæ. m. sc. ad marg. Ead. v. 12. pr. l. Stero-
pis. mendosè. m. sc. Meropes: non malè: nam &
Merope una ex Pleiadibus fuit, ut apparet ex lib. 4.
Fast. Ead. v. seq. m. sc. Athamantidos ursæ. & iter.
seq. q. l. Aut Hyadas feris. & pr. l. hauserat Au-
ster: pro quo ex m. sc. reposuimus auxerat. Ead. v.
17. pr. l. strident aquil. Ead. v. 23. pr. l. Contingam
portum. m. sc. Attigeram portum: portu terre-
bar ab ipso. Pag. 322. v. 1. pr. l. avidæ substructa
rapinæ. q. l. avidæq; instructa: nos ex m. sc. reti-
nuimus avidæ submissa. Ead. v. 5. m. sc. quoque
magis. Ead. v. à fin. 4. pr. l. mea carmina Musas?
Pag. 323. v. 2. ab arte mea. m. sc. Ead. v. 5. pr. l. Hoc
precium vitæ: nos curæ substituimus ex manu-
scripto. Ead. v. 10. al. Saxa memor. Eadem v. 13. al.
Teutantia regna. vitiosè. Ead. v. à fin. 6. pr. l. Sed
nisi peccass. tu quid conc. Pag. 324. v. 4. pr. l. nu-
men habentis id. & v. seq. moderatius unquam.
non male. Ead. v. 7. l. opt. Tu ven. parti superatæ:
ut de victis intelligatur, secundum Maronem: Par-
cere subjectis & debell. superbos. Ead. 13. pr. l. qui
vicerit. Ead. v. 15. pr. l. quia non contraria. Ead.
v. à fin. 6. cœlestia numine tard. Ead. v. à fin. 2. pr. l.
quoque crimina nostra. Pag. 325. v. 10. m. sc. lau-
dib. esse sui. Eadem v. 14. m. sc. thuris odore De-
us. & vers. seq. pr. l. crudelior hostis. Eadem vers.
17. pr. l. sic te venerant. libris m. sc. quo te ven.
& v.

& v. seq. m. sc. Indicio poss. Ead. v. 20. pr. l. Vix
 nunc ipse. Eadem v. 22. m. sc. In declinatas omne
 pependit opus. Ead. v. 24. m. sc. pondere tecta ru-
 unt. Propert. Annorum aut ictu pondera victa
 ruent. Ead. v. à fin. 6. m. sc. Ergo homini quæsitum
 odium mihi carmine, quæque mendose. Ead. v. à
 fin. 4. At memini vitamq; mei mor. Ead. v. penul.
 q. l. honesti gratia nulla. & v. seq. m. sc. adeptus
 ero. Pag. 326. v. 1. m. sc. ad marg. fortuna sororum.
 Ead. v. 4. m. sc. & pr. l. ad marg. pars quoque justa.
 Ead. v. 7. m. sc. sub æquore merfit. & v. seq. pr. l.
 ima procella ratem. Ead. v. 14. pr. l. præde suis
 canib. n. m. ille foit. Ead. v. 18. m. sc. si sine labe
 dom. & seq. Sit quoque par. Ead. v. à fin. 8. pr. l. Sic
 quoque, & pro, vel orta m. sc. vel ortis. Pag. 327.
 v. 2. m. sc. Ematurari Cæf. Ead. v. 9. damnafti fa-
 ta. m. sc. & seq. pr. l. Nec mea secreto. & iter. seq.
 pr. l. ita prinicpe dignum est. Ead. v. 19. m. sc. di-
 cor ab illo. & v. seq. vet. lect. sunt ibi verba meæ.
 & rectius fortassis: ut ad edictum illud referatur.
 Et iter. seq. pr. l. Nulla quidem sanæ gravior men-
 tique potenti. nos ex m. sc. fecimus: sano grau.
 mentisque potenti, ut sit in his ἐπιζήνοισι quædam.
 Sanitas enim animi, secundum Stoicos apud Cicero-
 nem, posita est in tranquillitate quadam constan-
 tiæ: ut sanus sit, qui mentis compos est: sive cu-
 jus mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit.
 Ead. v. à fin. 8. m. sc. speravimus. Ead. v. à fin. 6. pr. l.
 mitissime Princeps. Ead. v. 1 fin. 4. pr. l. Et veluti

& m. sc. agitantibus aëra, Ead. v. penul. m. sc. inter-
 missiq; quiescunt. Pag. 328. v. 1. pr. l. redeuntq;
 mihi, variantq;. Ead. v. 8. pr. l. urbis honor. Ead.
 v. 14. m. sc. & lib. quid. Imperium regat hic cum
 sen. Ead. v. seq. pr. Efficiantq; tui. Ead. v. ult. Spem
 mihi redde. pr. l. Pag. 329. v. 4. m. sc. Pars erit ex
 pœna. & v. seq. pr. l. ejectus in host. Ead. v. 7. pr. l.
 Solus ad ingressus. Ead. v. 9. m. sc. Iafides & Col-
 chi, Meteraq;. Merul. Neureaq;. Ead. v. 11. pr. l.
 Cumque alii tibi sint causa gr. Ead. v. à fin. 5. pr. l.
 silenda mihi. Ead. v. seq. pr. l. Nam non sunt tan-
 ti. Ead. v. ult. pr. l. qua turpi crimine læsus. m. sc.
 factus. Pag. 330. v. 1. m. sc. Fas ergo est aliquo. Ead.
 v. 5. pr. l. A te petentem. Ead. v. 11. m. sc. avertere
 numen. Ead. v. 14. m. sc. Cretica nunc. Ead. v. 18.
 pr. l. Cæsar habet. Ead. v. à fin. 8. pr. l. Non tibi
 conting. Pag. 331. v. 2. pr. l. Néve quibus scripsi.
 Ead. v. 13. pr. l. quæ carmine ab omn. Ead. v. 16. m.
 sc. instruit inde suos. Ead. v. 19. Sumserit Ænci-
 den. pr. l. nos Æneadem substituimus, ex. m. sc. & l.
 opt. tametsi illam alteram lectionem non improba-
 mus: nam inferius quoq; Æneidos vati legitur. E-
 ad. v. 21. m. sc. modò scilicet ordine fari. mēdose, ut
 puto, sicut & paulò post, Igne quod util. Ead. v. à
 fin. 5. pr. l. Comparat. Pag. 332. v. 5. pr. l. Et tandem
 vitium quicumque: item v. seq. abrogat. Ead. v. 9.
 l. q. quam multis sæpe ded. Ead. v. 13. m. sc. Cum
 quæd. spatietur in hac, ut arnator eadem. ead. v.
 19. pr. l. Junonia templa. & v. seq. m. sc. hanc dolu-
 isse deam. Eadem v. 22. pr. l. quærit Erich. & v. seq.
 q. l.

q. l. Venerit in templ. magni. Pag. 233. v. 3. pr. l.
Sed procul. Ead. v. 6. m. sc. Protinus hoc. q. d. factō.
Ead. v. 13. m. sc. & l. q. At cur in nostr. rectè. & v.
seq. rursus m. sc. & q. Cūrve meus cuiquam pro
quo. pr. l. Cūrve meus nequam mendosè. Ead. v.
ult. pr. l. Audet in exig. Pag. 334. v. 1. Forfan in hoc
dub. Ead. v. 4. pr. l. debilitabit onus. Ead. v. 7. m.
sc. & l. q. sed detractare videb. Ead. v. 10. m. sc. Ut
falso mov. Ead. v. 16. pr. l. sollicitasse tor. Ead. v.
20. m. sc. Arguat ut nom. Idem lib. 4. eleg. ult. No-
mine sub nostro fabula nulla fuit. Ead. v. 22. Io.
sepb. Scalig. legit: Ut vitio factus sit pater ille meo.
